LEIDENROTH

VOCUM
ORIGINE

DE VERA

VOCUM ORIGINE

AC VI

PER LINGUARUM COMPARATIONEM
INVESTIGANDA.

JOH. CHR. LEIDENROTH,

SCHOLAE ROSLEBENIANAE PRAECEPTOR ET COLLEGA
TERTIUS.

LIPSIAE,
Carol. Henric. Reclam.

1830.

DE VERA VOCUM ORIGINE AC VI PER LINGUARUM COMPARATIONEM INVESTIGANDA.

> Tardi ingenii est, rivulos consectari, fontes rerum non videre, et jam aetatis est ususque nostri, a capite, quod velimus, arcessere, et, unde omnia manent, videre. Cic. de Orat. 2, 27.

Cum ingeniis humanis penitus a natura insitum, neque omnino quidquam dignius sit homine rationis participe, quam rerum causas cognoscere, atque omnia a fonte suo repetere; mirum profecto videri non debet, ex omni memoria aetatum etiam fuisse, qui in investigando vocabulorum ortu libentissime versarentur, et, qua de causa quaeque essent nominata, curiose interrogarent.

Verum tamen nostra aetate, propterea, quod plerique huic arti dediti in nugas saepe et ineptias inciderunt, cum nihil ab origine sua se posse deducere diffiderent; usu venit, ut universum hoc studium, quod Graeci etymologiam, Romani notationem vocant, risui multis esset et despicatui, multumque inter viros literatos refrigesceret. Id quidem falso et injuria! Quotum enim quodque est hominum studium, quod non deflexerit interdum in res inutiles et ridiculas, quod non in minutias et tricas aberraverit! Difficile est ingeniis humanis, finibus se cohibere, ultra quos neque rectum, neque verum, neque utile potest consistere.

Theologi quondam, nihil tam arduum, quin intelligentia comprehendere, nihil tam simplex, quin di-

1

vellero distinctione, nihil tam mirum ac divinum esse, quin definitione assequi possent, arbitrantes, non solum superstitiosis argutiis sese implicuerunt, verum eos adeo, qui contradicerent, odio, nonnulli etiam igni ferroque persequendos esse statuerunt. An idcirco rerum divinarum cognitionem nullam esse censes? Philosophos, qui nunc permulti esse volunt, suam quisque rationem, tamquam unicam religionis inventricem, unicam lucem et magistram sequentes, quidquid mentis suae quisque facultate, quantulacunque sit, capere et intelligere nequeant, ut per se falsum fictumque abjicientes, Deumque omnipotentem se mundi administratione abdicasse, totumque imperium machinis et viribus naturae permisisse, eumque vitam, ut Deos Epicureos, in otio degere, compertum et exploratum habentes, nonne gravissimis ac perniciosissimis erroribus teneri existimas? Neque tamen eo minus manet in honore et manebit rationis usus rectus ac bene temperatus.

Quae cum ita sint, hoc etymologiae studium, tantum abest, ut inane ac futile esse censeam, vel de laude et fide ejus derogem, ut nunquam satis digne laudari et commendari posse existimem, atque ut pernecessarium et fundamentum quodammodo dixerim, in quo omnis solida linguarum doctrina sit inchoanda atque exstruenda. Qua de causa fortunatum et perquam salutare literis videtur, quod nuperrime hoc studium ardentissime recoli coeptum est, idque multo melius et rectius institutum, quam antea.

Fuit enim veterum linguae Graecae Latinaeque interpretum consuetudo, ut Graecam ex se sola, Latinam vero ex se et ad summum e Graeca illustrarent. At nunc exstiterunt, qui, quoniam omnes omnium gentium linguae communi quodam vinculo inter se essent conjunctae, Graeca vero et Latina cum recentioribus Europaeis magnam similitudinem et propinquam cognationem haberent, latius patere hoc studium, et veteres

angustias, ut in quibus frustra multorum labor defatigatus esset, derelinquendas esse censerent, et qui contra morem linguis antiquis ex recentioribus lumen afferre et lexica emendare studiosissime conarentur.

Quorum virorum inceptum, quum non modo summo honore mactandum, verum etiam, propterea, quod conjuncta multorum opera ad id perficiendum requiritur, omnibus viribus adjuvandum arbitrarer; ego quoque, jussus aliquid scribere, virorum illorum alicui munusculum volui offerre, cujus si vel aliqua erit utilitas, me satis praemii adeptum esse existimabo.

Ad quam rem postquam animum applicui et paulisper linguae Graecae cum Latina et Germanica conferendae, id quod solum ab initio mihi proposueram, operam dedi; magna quarundam vocum Hebraearum proxime cum Graecis, deinde cum Latinis et Germanicis similitudine perductus, non potui, quin ad lexicon Hebraeum, licet perdiu harum literarum studio intermisso, accederem; et cum illud unamquamque vocem considerando et comparando bis pervolvissem; haec stetit sententia, quae aliis quoque prius placuit, Hebraeam esse linguam, unde omnis linguarum comparatio esset exordienda. Quoad enim longissime respicere possumus praeteritorum seculorum historiam, lingua Hebraea antiquiorem reperimus nullam; atque haud absurdum est credere, si prima haec non fuerit et mater reliquarum linguarum, certe tamen primae illi hominum orationi similem fuisse et finitimam.

Aetate linguae Hebraeae reliquarum, quas quidem ex scriptis novimus, proxima est Graeca, quae in Asia videtur esse nata.

Graecorum certe de gentis suae ortu fabulae non parum cum Mosis narratione de gentium a Noachi posteris origine et per terras dissipatione congruunt. Moses Gen. X, 2. a Japheti posteris terras versus occidentem possessas esse perhibet; Japetum saepe Graeci gentis suae auctorem praedicant. In filiis Japheti

Japhetus, Japetus

Jon, יָוָן erat יָוָן, quid, si ו quiescente, pronuntias יוֹן, Jon Graecorum esse videtur; ab hujus autem filiis אֱלִישָׁה, כִּתִּים et דֹּדָנִים, Elis, Dodona et Macedonia, cujus radix ced, Hebr. כת videtur esse, nomina traxisse a nonnullis putantur. Deucalionis denique et Noachi fata quam similia!

Hellenes. Hellenes mea quidem sententia primi Graeciae incolae multoque Pelasgis antiquiores fuerunt. Subjecta quidem est huic nomini radix, per multas linguas late propagata et diffusa, גָּל, גָּלָה, quod est emigravit;

Galli. indidem sunt ducendi Gal|li, Cel|tae, Gael|en; indidem est ἀλ|άομαι, nostrum w a l | l e n, W a l | l i s, W a l | e s; Suec. val, nost. w ä l s c h, f r e m d; indidem exul, cujus radix est ul, apud veteres Germanos el, f r e m d, ellend, a u s f r e m d e n L a n d e n. Hellenes igitur sunt peregrini vel emigrantes. Aeque plurium regionum Iberi nominantur ab עֵבֶר, ὑπὲρ, ü b e r, Iberi ergo, qui transierunt. Linguam Graecam in Asia ortam superiore et dialectum fuisse linguae vetustissimae, ut reliquas linguas orientales, etiam ex eo apparet, quod lingua Chaldaica vet. test. admixta est multis vocabulis Graecis, et quod lingua Homerica proxime accedit ad Chaldaicam et posterioris aevi Hebraeam. Non abhorrere ab hac opinione mihi videtur, quod nuper Anglus quidam doctissimus linguam Samscritanam ex Graeca ortam demonstravit.

Ex Phoenice deinde frequentes in Graeciam colonos advenisse, ac linguam literasque suas per eam divulgasse, linguam autem Phoeniciam persimilem Hebraeae fuisse, nemini est incognitum. Literae Graecae ab *A* usque ad *T* respondent Hebraeis et similia gerunt nomina, ita tamen, ut sexto Graecarum loco po-

Digamma Aeolicum. nas Digamma Aeolicum, quod a Graecis *Βαῦ* vocabatur, et cum Hebr. ו et Lat. V et nostro 𝔉 congruebat. Post *Π* autem excidit *κόππα*, Hebr. ק, Lat. Q; *Σαμπῖ* vel *Σάν* erat ש Hebr.

Cadmus literas in Graeciam transtulit, qui eodem

tempore, quo Josua potitus est Palaestina, in Graeciam transisse creditur. Graeci fabulantur, eum voluisse Europam sororem quaerere; at Europa est עֶרֶב, Europa. vespera, occidens, terra occidentalis; ejusdem radicis est ἔρεβος, Erebus. A nonnullis plures Cadmi fuisse putantur, quod mirum esse non debet; Cadmus enim Cadmus. est vir orientalis a קֶדֶם, oriens, ergo קַדְמִי orientalis. Antiquissimus fuit Cadmus Pelasgus, qui cum Pelasgis intravit. Verum qui fuerunt Pelasgi? Si secundum radicem, quae huic voci subjecta est, judicamus, fuerunt Pelasgi iidem, atque Philistaei; nomen enim Pelasgi. gentis utriusque eandem habet radicem פָּלַשׁ, (Graece πλαζ) פָּלַשׁ autem, verbum Aethiopicum, secundum Gesenium est emigravit, cognatum cum פָּלַט, aufugit.

Cum a Phoenicibus, Graecis et superioris Asiae populis reliquas Europae regiones occupatas esse, constet, quod pluribus demonstrandi hic locus non est; quidni horum populorum omnium linguas inter se cognatas esse, liceat autumare? Graecis certe literarum signis usi sunt Itali, usi sunt maximam quidem partem Gothi, usi fuisse dicuntur, Julio Caesare teste, Helvetii et Galli. De lingua Getarum, qui Gothi postea appellati sunt, ut vult Jornandes et alii novissimi temporis historici, Ovid. Trist. V, 7, 51, canit:

In paucis remanent Grajae vestigia linguae:
Haec quoque jam Getico barbara facta sono.

Et Trist. V, 2, 68:

Grajaque quod Getico victa loquela sono.

Horodotus etiam de Scythis Hellenicis loquitur. In linguam autem Germanorum Persica vocabula irrepsisse, non mirum, cum Persae diu Thraciam et finitimas regiones occupatas tenuerint, ex quo non statim sequitur, Germanos a Persis esse oriundos.

At brevi praecidam: si verum est, ab una stirpe gentes omnes ortas, ab una quoque lingua, tamquam a communi matre, reliquas natas esse, liquet. Etenim illorum opinioni nunquam potero suffragari, qui gen-

tium linguas plerumque seorsum et separatim ab aliis ortas, ideo tamen simillimas inter se esse, contendant, quod, cum omnium mentibus eaedem sensa et cogitata exprimendi leges innatae, ac similis omnibus oris vocisque figura sit et forma, eosdem sonos fingi formarique oportuerit; ita ut vel infans, ab humani sermonis communione penitus seclusus, similia verba formare et proferre coactus sit. Qui ita censent, licet sint ob sagacitatem et eruditionem magnopere admirandi, umbras tamen et nebulas videntur captare. Alii vero, qui in hoc literarum genere elaborarunt, id videntur peccare, quod ad eruditionis ostentationem magna verborum insolentia, turba ac strepitu lectores obtundant, et quod, fortuito syllabarum, earumque minime radicalium, concentu seducti, plane disparia et discrepantia inter se jungant; ut, cum lumen verbis velint adhibere, tenebras et obscuritatem afferant.

Quare lex prima erit in linguis comparandis, ut radix eruatur et nudetur, deinde ut similis verborum vis ac potestas declaretur; in quo parum perspecta et explorata praestat tacere, quam promere.

De vocum radicibus haec videntur observanda. Radix quaelibet una est syllaba, quae constat e duabus vel tribus literis consonantibus et una vocali. Vocales in eadem radice promisscue usurpantur, neque quidquam ad radicem constituendam faciunt, ut Schlag, Schläge, ich schlug, ich schlüge etc. Cum constat radix e tribus consonantibus, earum una videtur exilis ac mutabilis, et voce in aliam linguam recepta, vel plane excidit, vel in aliam consonantem, etiam in plane diversam, transit. Imperativus et infinitivus, qui omnino de reliquis verbi modis primi in usu videntur fuisse, et quidem conjugationis Hebr. Kal, quae consonantes vere radicales et stabiles sint, optime declarant; fit enim saepe, ut qualis radix his verbi Hebraei modis exhibeatur, talis in aliis quoque linguis reperiatur. Sic נָטַל, imper. טֵל, Gr. τέλ|λε, Lat. tol|le,

nos stel|le; quam quidem normam omnia ferme verba פַּי et פַּן sequuntur. In aliis verbis ultima consonans non est vere radicalis, ut in הָמָה; radix est הָם; Angl. hum; Gr. ὁμ — in ὅμ|αδος, ὁμ|αδέω; eodem pertinent Im|me, et sum|men. Pari modo in דָבַק radicales constantes sunt בק; Gr. πηγ, πυκ, ut πήγω, πήγνυμι, πυκάζω, πυκνός; Lat. pac in pax, pacis, paciscor; vel pag, compages; pig, pepigi; fig, figo; Germ. füg vel pack, fügen, packen. Consonantes autem vere radicales cum sui generis consonantibus posse commutari, ut in locum palatinae palatina alia et sic porro sufficiatur, non opus est monere. Consonans ד autem in דָבַק videtur in aliis linguis ideo excidisse, quia דב, δβ, db, nulla interjecta vocali, in iis conjungi non solet. At ex Hebraea lingua ipsa apparet, ד in דָבַק esse levem et mutabilem, quia cum aliis consonantibus mutatur; namque חָבַק est complecti, packen; אָבַק firmus fuit, Hiph. se firmum praestitit, quod significat pariter πήγνυμι; אָפִיק est πηγὸς, πυκνὸς, πύκα, πυκάζω; lat. fixus a figo, compactus a radice pag. Job. 12, 21. solvit cingula robustorum, אֲפִיקִים, forsitan non ineptum esset vertere: bene, arcte vel firme cinctorum, armatorum. אָבַק, vulgo: luctatus est, ex hac comparatione foret pugnavit, et responderet Graecae voci πύξ, πυγμή quae ita dicta, quod digitos habet compactos, πὺξ τοὺς δακτύλους ἔχει; lat. pugnus, pugno; nos fechten, vid. Adel. Lex. Eodem modo אָפָה amittit primam radicalem א, nam nos dicimus bähen; Dan. bage; Notk. pacchen, backen; Graece πέσσω, πέττω, in quo σσ, ττ non sunt radicales. Fit nonnunquam, ut alia lingua aliam consonantem abjiciat, ut אָרַךְ, ἀρκ|εῖν; nos reich|en, rag|en; aut ut aliam in abjectae locum substituat, נָבַל, σφάλ|λειν, βάλλειν, fal|lere, fal|len. In נָתַן, quia ן facile assimilatur, prima et postrema deperditur; δοῦ|ναι, da|re; mansit tamen postremum ן in don|are. Interdum una radicalis spiritus est, qui in hac lingua in consonantem

abit, in illa plane omittitur, ut in una tantum consonante radix videatur consistere. Non autem solum opus est, quemadmodum jam supra dixi, ut in vocibus comparandis eadem radix detegatur, verum necesse est etiam, ut in his vocibus, quas cognatas agnoscamus, aut par, aut similis potestas ac vis inesse demonstretur. Quibus demum duabus legibus bene observatis, atque omnino linguarum natura ac ratione considerata, quemadmodum a notione simplici et propria exeant notiones compositae et translatae; quae consideratio non solum multum habet jucunditatis, verum etiam regulas, secundum quas animus humanus agitatur, cogitat ac sentit, detegit, plurimumque confert ad mores hominum vetustos atque initia et incrementa vitae politioris cognoscenda; hoc studium linguas comparandi bene profecturum multumque profuturum esse, existimo. Tanta enim profecto et tam multiplex hujus studii utilitas videtur, ut paucis persequi me posse diffidam. Jam primum id linguarum cognitionem omnino non solum emendat atque illustrat, sed etiam adjuvat atque expedit. Quod si linguarum comparatio facit, ut nativa verborum vis eruatur recteque definiatur, ut reliquae eorum potestates, prout a priore quaeque proficiscitur, ex ordine naturali apte et concinne componantur, atque usus hoc modo distincte et perspicue ostendatur et vere certoque constituatur; nonne nova aliqua lux linguis videtur affulgere?

Cum autem perdifficile sit, linguae novae nobisque prorsus incognitae ac peregrinae vocabula memoriae inculcare, id, quod inprimis sentiunt, qui linguam Hebr. incipiunt discere, quia ad apprehendendum, ut ita dicam, ansa deest; nonne longe facilius, longe jucundius erit linguarum studium, si nova atque inaudita cognitis atque usitatis poterimus annectere, si linguas, quas didicimus, si patrium adeo sermonem in linguis nobis adhuc ignotis reperiemus? Quapropter

haec linguarum comparatio quasi ars memoriae erit praedicanda, quae per notas vel similitudinis vel dissimilitudinis nova et incognita ad nota et per usum diuturnum promta et praesentia adjungendo memoriam mirum in modum auget et corroborat. Quae ars, cum apud veteres maxime floreret, cur apud nos prorsus jaceat, non video; nam si umquam adjumentis et auxiliis memoriae artificiosis opus fuit, nunc opus est, cum in tantam amplitudinem disciplinae singulae adauctae sunt, ut vix uni, nedum pluribus perdiscendis, memoria mediocris sufficere videatur; quare aut contrahendae et resecandae sunt doctrinae, aut memoria artificio quodam amplificanda et corroboranda. Inprimis juventuti viri docti artificiosa aliqua via succurrant, vehementer exopto, nam plura et majora ab adolescentulis nunc efflagitantur, quam quae commode et recte possint praestare. Quod ni fiet, periculum ac timor est, ne artium liberalium lumina et oblectamenta in servilium laborum aerumnas et onera vertantur; periculum ac timor est, ne imbibamus opinionem, non literas nobis, sed nos literis deberi, quo errore nihil potest esse infortunatius. Quare viros illos, qui in juventutis usum libros componunt, etiam atque etiam rogo, ut ad memoriam augendam et firmandam scribere velint breviter, dilucide, distincte et ad oculorum obtutum apposite, nam oculis memoria ducitur plurimumque adjuvatur; sin vero via consueta memoriam rerum verborumque copia pergemus obruere, et tempus excelsioribus ingenii facultatibus exhibendis atque exercendis subtrahere; mox virorum ingeniosorum magnam fore penuriam, persuasum habeo.

Lexicis igitur ex linguarum comparatione apte ita institutis, perfacili negotio adolescentulus ex lingua patria discere poterit Latinam, Graecam et Hebraeam, quae, cum fundamenta quodammodo sint reliquarum linguarum, commodum et expeditum transitum praebebunt ad alias Europaeas et nonnullas Orientales

linguas; quamquam linguarum scientiam tam late extentam a quoquam postulandam esse negaverim, nisi ab illis, qui amplissimo, ut volunt, nomine philologorum gaudent et gloriantur.

Cave tamen, ad solam memoriam firmandam credas conducere hoc linguas comparandi studium, nam omnino ad ingenia excolenda atque ad humanitatem conformanda mirum quantum expedit.

Ambigitur, ratio an oratio majus munus a Deo tributum sit hominibus. Per rationem orationem inventam et formatam, vix est incredibile; id vero constat, per orationem exsuscitari rationem atque ad certas leges exerceri ac redigi. Sine oratione omnino torperent ac dormitarent excelsiores animi facultates, parumque a brutis homo distaret, ab omni sermonis commercio ab infantia seclusus. Orationis ope non solum rerum, quae sub sensus cadunt, imagines animis repraesentamus, non solum notiones, quibus rerum species et genera complectimur, concipimus; verum etiam earum rerum, quae non cadunt in sensus, perfectas et absolutas formas effingimus et ea denique edocemur, quae post vitam futura et super terras elata sunt; orationis ope cogitamus, ratiocinamur, judicamus. Exculta quaelibet populorum oratio non solum divites sententiarum optimarum thesauros possidet, sed diviniorem quandam sapientiam patefacit, ut lux animorum, magistra vitae, philosophiae parens, doctrinarum inventrix, adjutrix religionis divinitus missa merito videatur appellanda. Quare cum tanta sit orationis praestantia, tanta ingenia excolendi, erudiendi et temperandi facultas, cumque haec orationis facultas plurium, praecipue veterum, linguarum cognitione multum augeatur atque ad perfectionem provehatur; linguarum comparationem, quippe quae melius veterum scripta intelligere nos doceat, quae notionibus rectis et perspicuis animos locupletet et impleat, quae hanc ob causam judicium acuat et cor-

rigat, omnemque mentis agitationem certis veritatis terminis cohibeat ac regat; permultum auxilii et utilitatis ad ingenia excolenda atque erudienda allaturam esse, minime est infirmandum.

Hic non praetermittendum esse censeo errorem illorum, qui veterum linguarum studium supervacaneum minimeque ad ingenia excolenda necessarium esse contendunt, patriam linguam, vel recentiorum aliquam ad id sufficere praedicantes. Ignorant isti, simplex, candidum, aptum, vereque pulchrum dicendi genus ex solis illis perennibus ac puris fontibus emanare. Quo fiebat, ut, cum prius adolescentuli nonnisi latine in scholis scribere assuescerent, patrio etiam sermone multi commodius et melius, quam nunc, interdum uterentur; tunc enim sollicita quaedam verecundia erat scribendi, nunc saepenumero temeraria loquacitas. Neque vero minus errare mihi videntur, qui ingenia excolendi atque ad humanitatem formandi munus et partes aliis disciplinis, quam linguarum studiis delatas malunt; praecipue mathematica majorem, quam quae illi debetur, provinciam sibi videtur nunc deposcere. Laudanda quidem illa doctrina, ac, cum ad multas alias disciplinas sit pernecessaria, minime negligenda a juventute; at cum in duabus tantummodo notionibus, videlicet in rerum modis ac numeris versetur seseque fere unice exerceat, hominis autem animus innumerabilium notionum sit capax, quantum illi sit concedendum in ingeniis erudiendis atque ad humanitatem conformandis, facile apparet. Maneat igitur linguarum studio suus honos, qui quoad manebit, omnes disciplinae artesque liberales florebunt; quo demto vel deminuto, verba vim suam ingenitam et auctoritatem antiquam et veluti sacrosanctam amittent; falsa pro veris, frivola pro severis erunt; frigebunt oratores, languescent poetae, delirabunt philosophi, quia loqui omnes dediscent; obscurabuntur animi, confundentur denique et commiscebuntur omnia. Utinam in dies

laetius efflorescat linguarum studium, atque ex umbra et schola in lucem prodeat et vitam! Multa de educandis hominibus aetas nostra rectius vidit, plura desiderantur, in quibus ut unum afferam, illud maxime vituperandum videtur, quod in linguarum studiis nimis tarde proficimus, plus scribendo, quam loquendo operae tribuentes; deinde quod plus scholae, quam vitae discimus, sicuti, ut exemplo utar, futuri oratores sacri, a quibus non solum civitatum flos, verum etiam aeterna animarum salus pendet, parum apte ad futuram muneris functionem instituuntur; namque ea demum aetate eloquentiae operam serio dare incipiunt, qua Graeci et Romani oratores prope perfecti et absoluti exstiterunt. Necessaria negligendo nimis multa in futuram oblivionem vel etiam in praesentem inutilitatem discimus.

At redeo ad linguarum comparationis utilitates, quarum haud scio, an maximam esse dicam, quod viam expeditiorem et munitiorem ad sacros libros recte intelligendos ostendit. Vetus quidem testamentum viri docti per alias linguas orientales illustrare studuerunt, quae propterea, quod sunt posterioris, quam Graeca, aetatis, ac minus, ut videtur, viris doctis notae et familiares, quam Hebraea ipsa, quam illarum ope interpretantur, dubito, num satis ad eam rem sint idoneae; alioquin enim de multis vocibus ac locis non tam diversae, tam contrariae et sibi oppositae inter viros illos opiniones possent obtinere. Igitur hac via, quam monstravi, forsitan facilius licet ad certam atque indubitatam librorum sacrorum intelligentiam pervenire. Etenim cum libris sacris nihil melius, salubrius ac divinius hominibus datum sit, non absurdum videtur credere, voluisse Deum, per suam cuique genti linguam patere aditum ad illos libros, eosque recte intelligendi, nimirum necessaria adhibita opera, non ulli populo deesse potestatem. Explodant alii ac derideant hanc superstitiosam opinionem, mihi tamen persuasum est, generis humani fata in eo verti, ut omnes gentes vo-

luntatem divinam, per libros sacros patefactam, recte cognoscant cognitaeque obtemperent.

Haec gentium per religionem perfectio finis est, ad quem providentia divina res humanas per seculorum decursum direxit ac dirigere perget. Ille enim per artes et literas cultus, quamvis sit plurimi faciendus, apex tamen perfectionis, cui coelestis originis natura adspirare debeat, haudquaquam erit dicendus. Magna sane est opinionis perversitas et arrogantia, quae nunc percrebruit, si qui, quo plus scientiae sibi acquisiverint, quo plus sint in artibus literisque versati, eo se superiores aliis judicent, ac quibus altior in futura vita felicitatis locus concedatur, digniores. Ita fit, ut virtus non solum post nummos, ut ait Horatius, sed etiam post artes et literas sit, ut multi languidi et lenti sint in religione, dummodo non expertes eruditionis habeantur. Quis autem non videt, ad aeternam felicitatem adipiscendam perinde esse, doctus sis, an indoctus, eruditus, an literarum rudis; modo munere tibi in terris demandato recte sis functus et virtutem religionemque pio animo colueris. Artes ac literae terrestribus inserviunt commodis, nullus earum nec usus, nec praemium erit in perfectiore rerum ordine. Cultus vero ille, qui vitam commodam, luxuriosam ac splendidam reddit, saepe religioni ac virtuti adversatur, eumque miseriis et calamitatibus plerumque oppressum et pessum datum esse, docet historia. Literae atque artes, si religionis sunt dominae, multum nocent, sin vero famulae, saluti generis humani magnopere consulunt. At cum tot ac tantae sint, quae, quemadmodum vidimus, ex studio linguas comparandi, proficiscuntur utilitates; nonne operae erit pretium, in eo elaborare, eique operam suam ac vires dicare? Nonne literis et adolescentibus literarum studiosis melius consultum foret, si linguarum studia ita, ut dixi, colerentur, ac finis tandem esset novos scrupulos et nodos in grammaticis

superstitiose quaerendi, nova ex novis dicendi praecepta artificiose serendi, eaque tam obscure et perplexe, uti nemo intelligat, edocendi? Nonne optandum est, ut, qui arti criticae student, sexcenties tractata retractare desinant, ut eos tandem pudeat de lana caprina rixari et literas syllabasque aucupari, ut contra meliorem, in qua vires exerceant, et quae in commune conferat, materiam sumant.

Magni quidem grammaticorum et criticorum in genere suo excellentium merita in literas sunt aestimanda, propterea, quod sine illis veterum linguarum studium prorsus nullum fuisset. At non solum modus est in omnibus studiis humanis, verum etiam sua cuique stat dies, qua tamquam tempestiva maturitate vietum et caducum intereat.

Suum quaeque aetas studium eximie colit cupideque consectatur, quod ab initio quidem utile ac salutare hominibus, postremo, cum officio suo, cui erat destinatum, defunctum est, aut effetum consenescit, aut, si vigere pergit, damno potius est, quam emolumento. Ita ars critica quondam utilissima erat, dum hominum ingenia acuebat, ut omnes superstitionis stirpes non solum e religione, sed ex omnibus doctrinis ejicerentur. Verum enim vero nunc, cum animi toti sunt in dubitatione; nunc, cum in honore ponitur, quae vetustas sacravit, profanare, quae cujusvis aetatis sapientissimi comprobarunt, refutare, et quae divina auctoritate diu steterunt labefactare; nunc, cum insatiabilis in animis insedit libido, omnia judicandi, carpendi et mutandi; nunc, inquam, tempus est, alio hominum animos vertere, alioque doctrinarum genere juvenes imbuere, ut sanentur aetatis morbi; nunc tempus est, fundare et stabilire, pacemque et tranquillitatem in animis reponere. Ut nos judicamus majores nostros, ita ipsi a posteris nostris judicabimur.

Quare iterum iterumque oro atque obsecro, ut viri singulari praediti acumine et eruditione a spinis

grammaticis et criticis minutiis paullo mentem avocent et huic studio applicent, quod ex umbra prodit in lucem, quod animos non angustos reddit et pusillos, sed amplificat atque extollit, quod ingenia colit, judicium acuit, linguarum reconditas divitias recludit, quod non solum inter mortuos, sed aeque inter mortuos, ac vivos versatur, quod non duorum populorum finibus cohibetur, sed per omnium terrarum gentes commeat, quod denique historiae adjumentum et complementum, quod non adversarium religioni christianae, sed summum ejus est adminiculum praesidiumque firmissimum; oro atque obtestor, ne sibi suique similibus solis placere studeant, sed ut, quod virium a Deo acceperunt, in commune conferant.

At forsitan aliquis dixerit:

> Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?
> Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus!

Sane, quod hic affero, minimi esse, ipse sentio; verum ita mecum reputo: Si id, quod ego juventutis praeceptor occupatissimus, unius anni horis subsecivis, in re intacta antea et integra, adjutus exigua linguarum scientia profeci, non omnino indignum est virorum doctorum consideratione; omnia illius studii commoda, quae commemoravi, vel iis ampliora rata fore confido, si viri, ingenii sagacitate, doctrinae copia et assiduitate industriae instructiores et aptiores, hanc provinciam susceperint. Veniam virorum illustrissimorum, quorum sententiis adversabor, implorare, arrogantiae videtur; tanta enim est illorum gloria, ut ludo ac joco, pro quo erit hic meus conatus forsitan habendus, numquam videatur posse labefactari.

His praemissis, ad voces nonnullas Hebraeas rectius definiendas et melius illustrandas progredior; deinde pari modo nonnullas Graecas et, Latinis ob

spatii et temporis angustias omissis, nonnullas Germanicas sumam explicandas; quia vero fieri non poterit, quin in aliqua voce explananda aliarum quoque linguarum vocabula exempli causa afferam simulque illustrem et explicem, et locos etiam nonnullos, in quibus haec vocabula leguntur, una cum iis interpreter atque explanem; ut, lector, quae consideratione digniora sint, sciat, ad marginem notavi.

Hebraea.

אַזְכָּרָה

אַזְכָּרָה nonnulli interpretantur suffimentum vel odoramentum, LXX *μνημόσυνον*, at Vulg. memoriale. In hanc postremam sententiam discedunt plerique et Gesenius ipse, Rosenmuellerus vult esse omnino sacrificium. At mihi videtur אַזְכָּרָה nihil aliud esse, quam Graecorum *ἘΣΧΆΡΑ*. Quod ut statuam, non modo mirus utriusque vocis concentus, sed multo magis id me movet, quod hac vocabuli vi ad locos, in quibus illa legitur, recte interpretandos nihil videtur esse accommodatius. En, praeter sacrificia animantium Moses Deo jubet offerri res quoque inanimatas, praecipue far oleum et thus, quod munus מִנְחָה vocatur. Nihil autem hujus muneris oblati, nisi particula farris et olei et omne thus ut sumatur, praecipit additque: וְהִקְטִיר הַכֹּהֵן אֶת־אַזְכָּרָתָהּ הַמִּזְבֵּחָה, et comburat sacerdos in *ἐσχάρᾳ*, quae est in altari, scilicet partem farris, olei et thus omne. Lev. 2, 2. Ita enim verba interpretanda esse censeo. Item v. 9. וְהֵרִים הַכֹּהֵן אֶת־אַזְכָּרָתָהּ וְהִקְטִיר הַמִּזְבֵּחָה, tollat sacerdos in *ἐσχάραν* et concremet super altari. V. 16. repetuntur verba: וְהִקְטִיר אֶת־אַזְכָּרָתָהּ. Cap. 6, 8. verba: וְהִקְטִיר הַמִּזְבֵּחַ sequitur vox אַזְכָּרָתָהּ.

Similiter Moses, cum de sacrificiis animantium loquitur, utitur verbis: וְהִקְטִיר הַכֹּהֵן הַמִּזְבֵּחָה, v. Lev. 1, 13. 15. 17. Cap. 4, 18. 26. 31. 35. Ut vero locum, quo comburantur haec sacrificia, accuratius designet, addit verba: עַל־הָעֵצִים אֲשֶׁר עַל־הָאֵשׁ אֲשֶׁר עַל־הַמִּזְבֵּחַ, per quae verba rogus describitur, qui Lev. 6, 2. מוֹקְדָה appellatur.

Quare cum אַזְכָּרָה et מִזְבֵּחַ cum paribus verbis pari modo conjunguntur, quid impedit, quominus utramque vocem similis et finitimae significationis esse censeamus? Deinde in voce הַמִּזְבֵּחָה ה locale cum nemo non agnoscat, quid vetat in אַזְכָּרָתָהּ ה pariter adjunctum, pro eodem ה locali sumere? Praemittitur huic

אֵת nota accusat. et praepos. una est vox

voci אֵת, quod saepius locum designare, quo aliquid fiat vel sit, satis est notum. אֵת enim, nota accusativi, quae dicitur, et אֵת praepositio, significans *cum*, ab אָתָה *βάδω*, vado, wate, optime deducitur, et vox utraque, quae vulgo diversa inter se esse creditur, una

עַד ad.

eademque est putanda; עַד ab עָדָה vim habet affinem et ejusdem est proprie radicis. Praepos. Lat. *ad* inde videtur orta, neque ulla alia voce melius poteris explicare אֵת, quam per *ad*. Profecto praepositio *ad* omnes vocis אֵת potestates complectitur. Conferas Gesen. Lexicon. 1, a) est *ad*, quod attinet; in omnibus exemplis illis, quae ad 2 allata sunt, item

אֵת 1 Sam. 17, 34.

est *ad*, quod attinet, excepto loco 1 Sam. 17, 34. venit leo, וְאֶת הַדּוֹב, et ursus ad hunc, ad haec, insuper, dazu, noch dazu. Nota accus. אֵת 1, 6, et praepos. אֵת 1, 2, 3, idem valent, quod praepos. *ad* simpliciter et proprie valet. אֵת praep. 4) ausser iterum est *ad*, bis auf etwas, nämlich was ausgenommen wird. 5) gegen pariter per *ad* bene explicatur. Conjunctio *et* quoque inde videtur profecta. Ex his apparet, per אַזְכָּרָה locum intelligi, quo particulas munerum, quae e rebus inanimatis constabant, cum thure sacerdotes solebant adolere; in rogo autem, מוֹקְדָה, sacrificia animalium concremabantur. Haudquaquam enim probabile est, thus cum farris oleique particula in flammantem rogum injectum fuisse, quia thus, citius igni absumtum fuisset, quam ut ejus odore potuissent perfrui, thuris enim odores foetorem ex tot sacrificiis ortum debebant superare et mitigare.

Sin vero אֶת־אַזְכָּרָתָהּ esset in recordationem, sine dubio לְ esset praefixum, quod plerumque praefigitur,

cum, ad quid sacrificia sint destinata, additur; ut Lev. 1, 11. לְעֹלָה, v. 3. לִרְצֹנוֹ, v. 4. לְכַפֵּר etc. Quod autem Lev. 24, 7. legitur: וְהָיְתָה לַלֶּחֶם לְאַזְכָּרָה, thus scilicet sit loco panis escharae, multum sententiam adjuvat meam; praecipit enim Moses, ut pro panibus sacris, qui Deo quidem oblati et concremandi erant, Aaroni autem ejusque filiis in cibum cedebant, thus Deo, super panes illos sparsum, comburatur. לֶחֶם לְאַזְכָּרָה erit igitur panis destinatus ad aram, ad concremandum. Lev. 24, 7.

Praeterea non video, qui muneris oblati, quae Mincha vocabatur, particula ad Deum celebrandum vel in memoriam revocandum aptior esse potuerit, quam reliqua majora sacrificia, quae a Deo multo pluris haberi credebantur; neque vero aptius erit interpretari: ad sui memoriam apud Deum renovandam.

Locus autem Num. V, 12—31. qui fortasse induxit interpretes, ut אַזְכָּרָה pro memoria vel laude acciperent, plane contrarium mihi videtur probare, immo meam sententiam confirmare. Praescribit enim eo loco Moses, ut maritus, cui conjux de adulterio suspecta quidem, neque tamen convicta delicti sit, farinam hordaceam pro triticea afferat sine oleo ac thure, quod sit minus illud מִנְחַת־זִכָּרוֹן מַזְכֶּרֶת עָוֹן. Quae verba Rosenmuellerus vertit: donarium memoriae, in memoriam revocans culpam; at potius vertenda censeo: munus notae ad facinus in lucem proferendum. Non enim liquet, quemadmodum in memoriam culpa possit revocari, de qua nondum constet; immo ritus, qui ibi praescribitur, noxia sit mulier, nec ne, primum debet manifestare. V. 26. verba sequuntur usitata: de munere oblato sumat sacerdos אֶת־אַזְכָּרָתָהּ, in escharam, וְהִקְטִיר הַמִּזְבֵּחָה, et super altari adoleat. Minime autem huc quadrat sacrificium memoriae, ut vel sui apud Deum, vel Dei memoriam apud ipsos renovent, neque magis apta sunt verba, si vertis: ad honorem Dei celebrandum, nam munus hic oblatum reliquis erat vilius multoque minus honoratum. Num. V, 12—31.

Quid fuerit eschara in altari?

Quid vero fuit אַזְכָּרָה in altari holocausti? Id optime ex altaris descriptione, quam Moses dedit Exod. Cap. 27. et Cap. 38. elucet.

מִכְבָּר

Exod. 38, 4. Moses fecit altari מִכְבָּר, id est cribrum; Hebraeae vocis radicem כָּבַר in Latino cribro facile deprehendis; pro C B R per metathesin est C R B. Affines voces in lingua Hebraea sunt: כְּבִיר, מַכְבֵּר et כְּבָרָה; cum latino cribro cognata sunt: cerno, crates et Graecum *κρίνω* etc. Hoc cribrum vocatur מַעֲשֵׂה רֶשֶׁת נְחֹשֶׁת, opus retis aenei. Verbo עָשָׂה respondet Gr. *ἀσκ|εῖν*, Lat. fac|ere; רֶשֶׁת est Lat. rete; in nomine נְחֹשֶׁת radix est חשׁ, aes. Quod idem cribrum LXX reddunt *ἐσχάραν*, et Suida interprete, *ἐσχάρα* inter alia craticulam significat aris impositam. Haec craticula intra quatuor parietes ligneos altaris ita erat aptata, ut hoc in duas partes aequales divideret.

תַּחַת כַּרְכֹּבוֹ

תַּחַת כַּרְכֹּבוֹ autem est infra ambitum, nam hujus vocis radix reperitur in vocabulis: *κίρκος*, *κρίκος*, *κίρκινος*, circus, circulus, circa, et aliis. Ejusdem stirpis est כִּכָּר, unde, mutata ר in ל, *κύκλος* et quae huic sunt affinia. Quam quidem interpretationem Josephi fulcit auctoritas, in hujusmodi rebus longe plurimi facienda. Imposita autem altari intus erat craticula sine dubio hanc ob rem, ne favilla candens vel scintillae, ventorum vi abreptae, aut sacerdotibus operantibus, aut populo circumstanti incommodarent, atque ut a pluvia quoque posset defendi ignis, quem exstingui nefas erat; immo altare omnino non potuisset portari, craticula cum igni supra imposita, quod ita fuisse, nonnulli, perperam statuerunt. Sed haec hactenus; namqne ex iis, quae dixi, satis apparere censeo, אַזְכָּרָה esse *ἐσχάραν*, craticulam aeneam, in qua torrebantur vel lento igni cremabantur thura et farris cum oleo particulae, cum super ligna exstructa id fieri incommodum essetac difficile. Transgrediamur autem nunc ad radicem vocis אַזְכָּרָה, ad verbum

זָכַר,

cujus vim primariam et nativam volunt esse: recordatus est. Verum praeterquam, quod notiones, mentis agitationem significantes, maximam partem secundariae quodammodo sunt, atque ex rebus, quae sub sensus cadunt, oriundae; difficillimum etiam erit, verbi זָכַר vi primaria, ut a plerisque fit, constituta, reliquas ejusdem potestates explicare, inter se conciliare atque ad primam illam, tamquam ad caput suum, referre. Nam si זָכַר est meminit, Hiph. oportet significare commonefacere aliquem, quod quidem, uno alterove loco excepto, nusquam ita reperitur. Ut enim Gesenium sequar, Hiphil est: 1) I n's A n d e n k e n b r i n g e n, 2) e r w ä h n e n, l o b e n, p r e i s e n, 3) g e d e n k e n b e i s i c h, 4) z u e i n e m G e d ä c h t n i s s o p f e r a n z ü n d e n, 5) a u f z e i c h n e n. Neque vero magis verbi conjugatio Kal facilior est expeditu, nomina enim rerum, quarum aliquis meminit, vel nuda adjunguntur, vel praefixis ל et ב. Saepius parum apta vis recordandi videtur verborum reliquorum, quibuscum est compositum, sententiae.

Quare aliam existimo circumspiciendam esse verbi potestatem, quam primo loco ponamus, unde reliquae, tamquam e lumine radii, emanent, et quo, velut ad communem originem, commode referantur. Quam quidem verbi vim propriam nullam aliam esse judico, quam quae ex ignis notione proficiscatur, ut זָכַר sit arsit et ussit, deinde splenduit. Rem autem sic se habere, non solum verba Hebraea huic nostro cognata et finitima ostendunt; nam צֹהַר est lux et טָהֵר purus fuit, זָהַר proprie splenduit, שַׁחַר aurora, שָׁחַר. et שָׁחֹר, nostrum s c h w a r z, forsitan niger ab aestu, v e r b r a n n t, k o h l s c h w a r z; sed multo magis aliarum linguarum voces sono et vi simillimae id comprobant. Ac proximum quidem videtur huic nostro Lat. sacer, SaCeR; sacrum est, SACER
quidquid in Deorum honorem comburitur; sacerdos, Sacerdos

Priester. Opferpriester, ut Priester minime a nomine *πρεσβύτερος*, sed rectius deducitur a בָּעַר, *πράω*, *πρήθω*, *πρηςήρ*, qui incendit; brennen, braten, etc. ejusdem sunt stirpis. Sic *ἱερεύς* item est Opferpriester a verbo *ἱερεύειν*, quod proprie fuit brennen, braten, nam Homerus *δόρπον ἱερεύειν* habet, 'Ιερόν, הָרָה, אִשֶּׁה et *ἱερόν* est sacrum, was verbrennt wird, cognatum hoc quidem cum הָרָה exarsit, indidem ira, ara, areo, ardeo et alia. אִשֶּׁה pari modo, quod in honorem Dei concrematur; ortum habet ab אֵשׁ, ignis. Quod cur nolit Gesenius, non video, nam locus Lev. 24, 7. non impugnat hanc originem vocis, sed defendit, nam thus ibi jubetur concremari pro pane, qui igni erat destinatus; quid igitur mirum, si thus illud אִשֶּׁה appellatur? Ceterum radix אֵשׁ per multas linguas late diffusa et propagata est: אָז, אֲזָא, *ἄζω*, *ἅζω*, *ἅγιον*, assum, aestus aestas, Esse, Island (Feuerland) heess, heiss, *αἴθω*, *Αἴτνα* Feuerberg, Eit antique pro Feuer, Dan. heed, Suec. het, Angl. hot, heat, heitzen, Hitze etc.

At revertar ad זָכָר; Suidas *σείρ*, *σειρός* solem esse vult, unde *σείριος*, *σειριάω*, *σειραίνω* etc. Apud Persas chur, shur, shir est Feuer, unde nomen Cyri; in lingua Samscrit. Sura, Surga est Sol.

Skior, schor vocab. vetustissimum Europ. pro igni. Sueci veteres Scarstein *ἐσχάραν* appellabant, unde nostrum Schornstein, quod prius item pro foco in usu erat. Angli etiamnum Scare dicunt incendium, to scorch torrere, cremare, nos schüren, incendere. Sic Scarlaken Suec. Scharlach, Feuertuch, ut *πορφύρα* a *πῦρ*. Skir, clarus, Ulph. skeirjan, illustrare, Marc. 5, 41. Ingiang er tho scioro, Ottfr. der Eingang war glänzend.

Verbi זָכַר igitur vi ita constituta, ut sit ardere, urere et splendere, Hiphil erit facere, ut aliquid ardeat, vel luceat. מַזְכִּיר לְבֹנָה nihil erit aliud, quam simpliciter, qui thus incendit, concremat. Saepius

est facere, ut splendeat aliquid, ergo in lucem proferre, manifestare, illustrare. Gen. 40, 14. Josephus rogat pocillatorem, הִזְכַּרְתַּנִי אֶל פַּרְעֹה, non, in memoriam me revoca, sed in lucem me profer apud Pharaonem, fac, illi notus fiam. 1 Reg. 17, 18: בָּאתָ אֵלַי לְהַזְכִּיר אֶת־עֲוֹנִי, venisti ad peccatum meum manifestandum, in lucem proferendum. Numer. 5, 15.: מִנְחַת זִכָּרוֹן מַזְכֶּרֶת עָוֹן, minime est munus memoriae ad culpam in memoriam revocandam, sed, ut jam dixi, est munus notae ad culpam manifestandam, coarguendam. Es war dieses Opfer ein Gottesurtheil. Jer. 4, 16: הַזְכִּירוּ לַגּוֹיִם, aperite, manifestate populis. In Psalm. nonnullorum inscriptionibus לְהַזְכִּיר est ad aperiendos, detegendos secretos animi motus, minime ad memoriam sui apud Deum renovandam. 1 Sam. 4, 18: כְּהַזְכִּירוֹ אֶת־אֲרוֹן, cum nuntius aperiret, manifestaret arcam foederis, scilicet, captam esse. לְהַזְכִּיר in Psalm. inscriptionibus.

Per se inde fluit vis celebrandi et praedicandi, quam pluribus explanare non opus est. At Exod. 20, 24: veniam ad te omni loco, אֲשֶׁר אַזְכִּיר אֶת־שְׁמִי, quem illustrabo, quod nomen meum attinet, notitia mei nominis; vide זָכַר, verbum cognatum. מַזְכִּיר proprie illustrator, qui res gestas illustrat, notas facit. Exod. 20, 24.

Neque vis recordandi magis in conjugationibus Kal et Niphal vis verbi primaria esse poterit, quam in Hiphil, quippe quae vis parum saepe quadret ad locos, in quibus hoc verbum legitur. Per linguarum comparationem ad aliam verbi vim nativam et propriam pervenimus.

Ἐσχάρα est inter alia crusta, quae ardente ferro vel instrumento caustico ducitur, deinde crassa et nigra, quae sponte exarescit. Quam rem posterioris aevi latinitas vocabat scarram, Francog. escarre, Angl. Scar, nos Schorf.

At quorsum haec? Devenimus hac ad morem scribendi, vel potius aliquid notandi et signandi antiquissimum, qui fuit inurendi. *Σκάριφος*, *σκαριφάομαι*, quibuscum cognatum *κάρφω*; lat. scarifico, scri-

bo; Kero, scriban; Suec. Scrifva, **schreiben**, verba antiquissima, videntur primo vim habuisse inurendi. Non enim pecudibus solum signa, quibus ab alienis internoscerent, olim solebant inurere, verum artium rudes populi suis etiam corporibus notas et colores ornamenti causa inurebant, qui mos etiamnum apud gentes incultas et rudes obtinet. Sic Cicero: Threiceas notas inurere; Quinct. stigmata fugitivo scribere. Virg. continuoque notas et nomina gentis inurunt.

Posterius, cum secandi, pungendi et sculpendi instrumenta inventa erant, his usi sunt homines, ut notas inciderent, vel omnino in varia materia exararent. Re licet mutata, antiqua tamen verba manserunt, et verba inurendi, vim quoque nacta sunt incidendi; iterum deinde mutato more aliquid signandi et notandi, cum vel ungendo et linendo vel fricando colores et notas rebus dabant, non solum verba illa antiquissima, quae significabant inurere, sed etiam haec, quae significabant incidere, insculpere, novae arti manserunt et vim illinendi, inungendi etc. sunt sortita. Sic nostrum **schreiben**, si propriam et nativam verbi vim respicias, minime possit adhiberi de nostra scribendi arte. Optime illustrat hanc rem

Mahlen. verbum **mahlen**, pingere et **mahlen**, pinsere; ut enim pingere et pinsere ejusdem stirpis sunt; sic etiam **mahlen**, quamquam diversae notionis est, ut molere et pingere significet, et pro duplici verbo a plerisque habetur, ejusdem tamen originis atque unum idemque est verbum.

Namque מָלַל, **versengen, verbrennen**: מוּל, נִמַּל, מָהַל, notam facere circumcidendo; *μολεύειν*, amputare. Haec verba in Graeca: *μύλλειν*, conterere, *μωλύνειν* torrere, deinde atterere, et *μολύνειν*, pariter torrere et tèrere, Lat. molere, nostr. **mahlen** transierunt. Ex qua quidem terendi notione profecta videtur vis pingendi. **Mahlen** igitur primum est **Farben einreiben**, **dann Farben überhaupt auftragen**; *μολύνειν*, maculare; Suec. mâla; Dan. male, pingere. Molere

autem Suec. mala, Dan. male; Ulph. meljan schreiben, malan, molere.

Inde duplex vis verbi χρίζειν et χρώζειν 1) ritzen et 2) einreiben, salben, färben. Angl. write, Suec. rita, proprie ritzen; חָרַשׁ et כָּרַת, χαράσσω, kratzen, kritzeln; כָּרָה, γράφω, graben, eingraben, deinde idem, quod schreiben. Sic stinguere et tingere, ut ex verbo juncto distinguere, interstinguere et instinguere apparet, duplicem potestatem habet: notam facere pungendo vel secando, ςίζειν, instigo, stechen, vel ungendo et linendo colorare et oblinendo delere — Sed revertor ad זָכַר; זֵכֶר et זִכָּרוֹן nihil aliud est, quam nota ad internoscendum, deinde nota ad aliquid memoria tenendum. Quare זֵכֶר saepius est pro nomine, nominis signo, Nahmenszug, Nahmenschiffre. זִכָּרוֹן interdum mutatur cum טוֹטָפוֹת, quod radicem habet טָפַף, tätow, tätowiren, titulus; cogn. titio, δαίω brennen, theilen, δάω deuten, lehren, lernen; δαιδάλλω, coloribus variis distinguere. Χρίζειν. זֵכֶר טוֹטָפוֹת

Lev. 23, 24. שַׁבָּתוֹן זִכְרוֹן est festum celebrationis, quod ad primam significationem ignis referendum est, ut cele|bro a radice ἡλ et πράω, בָּעַר brennen, ἱεροῦν heiligen. Debemus nos quoque scribere feuern, si est celebrare, nam alterum feyern, quocum commutamus est a פָּרַע, ferior, frei, i. e. liberum esse a labore, פָּרִיץ ferox, frech. שַׁבָּתוֹן זִכְרוֹן, Lev. 23, 24. Feuern.

זָכַר, ut ex his omnibus apparet, proprie habuit vim inurendi, illinendi, deinde omnino notandi. Chald. סְקַר fucavit, coloravit, videtur inde ortum esse.

Optime respondet huic זָכַר Angl. Scor, notare, ankerben, einschneiden. Simili modo putare est proprie schneiden; errant vero Lexicographi Latini, si reliquas verbi putare potestates a notione purgandi, durch Abschneiden reinigen, deducunt, ut rationes putare sit: die Rechnung ins Reine bringen. Minime, sed putare est nostr. putzen, proprie Putare et verba juncta.

puten einschneiden, signa incidere, deinde einschneiden auf das Kerbholz, einkerben; hic enim mos fuit antiquissimus numeros notandi, numerandi et ratiocinandi, qui hodieque apud nonnullos in usu est. Wallenst. Lag. v. Schill. Das kommt nicht aufs Kerbholz, ich geb' es gern. Rationes putare est igitur: eine Rechnung schneiden, schreiben, machen, deinde berechnen, rechnen, schätzen; magni puto, ich rechne, schreibe es hoch an; pro nihilo putare, für nichts rechnen; postea significat: rechnen, berechnen, beurtheilen. Rem ipsam putasti, Terent. Phorm. du hast die Sache richtig berechnet; putaram secus, ich hatte anders gerechnet; illud debes putare, das solltest, das musstest du berechnen. Computare rationem, eine Rechnung zusammenschneiden, schliessen, wo man die angemerkten Zeichen wegschnitt, wenn man gerechnet hatte; quare computare generatim est berechnen. Disputo von einander rechnen, sich berechnen mit jemandem, dann, sich mit einem über irgend eine Sache auseinandersetzen. Imputo, ich rechne an, bringe es auf jemandes Rechnung, schreibe es einem an; im gemeinen Ausdrucke, ich kreide es einem an. Reputo überrechnen, wieder berechnen. Supputo, darunter, dazu rechnen. Alio etiam verbo vim verbi זָכַר illustrabimus, per quod in omnibus fere locis apte potest

Merken. exprimi; quod quidem verbum est merken. מָרַח est terere, conterere, interere, einreiben; deinde illinere, oblinere; forsitan inurendi potestatem aeque ac reliqua ejusmodi verba habebat, si licet conjicere ex verbis *μαραίνω* et marcere, verdorren, verwelken, ad analogiam verbi מָלַל. Mark igitur idem est, quod Mahl, nota, signum; deinde signum ad aliquid ab aliqua re distinguendum et dignoscendum, ut Gr.

μέρος, *μερίζω*, abmarken. Merken generatim est notare, anmerkèn, deinde notis intelligere, conjìcere, denique memoria tenere.

Apparet ex his, unde orta sit verbit זָכַר potestas recordandi, merken, quae tamen minime, ut jam diximus, primaria et propria est ducenda, neque adhibenda ad omnes locos, in quibus reperitur verbum זָכַר.

Ita Ps. 98, 3: זָכַר חַסְדּוֹ וֶאֱמוּנָתוֹ לְבֵית יִשְׂרָאֵל, non videtur זָכַר recordatus est, sed potius signis certis domui Israelis misericordiam et veritatem expressit; גִּלָּה et הוֹדִיעַ antecesserunt, et requiritur verbum, quod modum aliquid declarandi praestantiorem indicat. Forsitan est: er macht bemerklich, beweist durch besondere Zeichen. זָכַר לְ saepe est imputare alicui, Angl. Scor. זָכְרָה לִּי לְטוֹבָה, rechne mir es zum Guten an. Nehem. 13, 22. Lev. 26, 25: זָכַרְתִּי לָהֶם בְּרִית רִאשֹׁנִים, Ich will ihnen den Bund mit den Vorfahren anrechnen. Interdum videtur esse rationem habere, in Rechnung bringen, Rücksicht nehmen. Deuter. 9, 27: זְכֹר לַאֲבָדֶיךָ, respice, reputa, rationem habe. Ps. 25, 7: כְּחַסְדְּךָ זְכָר־לִי, quae tua est benignitas, respice me. Ps. 136, 23: in humilitate nostra זָכַר לָנוּ, nos respexit, merkte er auf uns. Jer. 3, 16: לֹא יִזְכְּרוּ בוֹ non rationem habebunt, scil. arcae foederis.

Cum hanc de rebus sacris instituerimus quaestionem, de verbis significationis simillimae liceat pauca addere. Verbum יָקַד, incendo, transisse videtur in Lat. victimam, cujus radix est VCT; י saepe mutatur in V, ut docet nomen יַיִן, *οἶνος*, vinum, Wein etc. יָדַע *οἶδα*, *εἴδω*, video; Ulph. witan, Suec. weta, Angl. Sax. weet. A voce מוֹקְדָה, i. e. a rogo in altari, sine dubio profectum est verbum macto, sacrifico, occido. Facile ex his est intellectu, quid sit mactus, quam vocem ex magis auctus concrevisse veteres alucinantur. Cum vi sacrificandi cohaeret proxime notio celebran-

Victima.

Mactare.

di, honestandi, ut jam supra ad vocem זִכָּרוֹן ostendi. Nolo putare, a לַהַב Lohe, nostr. loben, et a לָהַט lodern, (Ital. luta Funken,) verbum Lat. laudare egressum esse; id vero certum videtur, ab אֵז et אֵזָה non solum esse ortum ἄζω, torreo (קָ|טַר, tor|reo θέρ|ω, dör|re, ἀθερίζω, contemno) sed etiam ἅζω, ἅζομαι, veneror, ἅγιον, ὅσιον, ut ver|eri, ehren ab אוּר, unde et fer|vere. Quare mactare aliquem erit: aliquem honestare Deorum instar, divino cultu aliquem prosequi.

Macte virtute esto, verehrt, heilig verehrt seyst du deiner Tapferkeit willen! Forsitan זָבַח σφαγ, quae radix est verbi σφάζειν, transiit in σεβάζ|ειν. A זָבַח, quod et טָבַח, σφαγ, nomen videPontifex. tur traxisse Pontifex, πᾶν σφάζ, πᾶν τφάζ. Ridiculae veterum Romanorum hujus nominis sunt definitiones: ut a ponte faciendo, a posse facere etc. Pontifex est: der Allesopfernde, der Oberpriester.

Cave, definias ex lingua Latina ritus Romanorum sacros, quos Romani ab Etruscis acceperunt, qui fuerunt Asiae populus, populus, ut ex nomine elucet, sacerdotum, forsitan a Chaldaeis exorti; Etrusci enim ducendi sunt ab עָתַר, adorare, et שָׁעָה, σκο|έω, σκοπέω, schauen; Thusci Θυοσκόοι, Opferschauer. θύω, tuer, döen apud Sak. inf. Satis autem de his, transeo ad vocabulum affine voci אַזְכָּרָה, nempe ad

Etrusci, Thusci.

חֶסֶד.

Plerisque haec vox est misericordia, amor, amicitia; recte illud quidem, at proprie et ab initio fuit hospitalitas; namque Graece ἑςία, cujus radix HST, eadem vox, atque Hebr. חֶסֶד esse videtur, nec minus Latine Vesta, cujus radix est VST. Quod ut ita sit, non solum efficitur argumentis ex lingua Hebraea sumtis, sed aliis quoque linguis comparandis. Primum non aliud no-

men, quod sciam, in Hebraeis exstat, quod hospitalitatem, virtutem apud omnes prisci aevi populos sanctissimam atque usitatissimam, exprimat, neque veri est simile, Hebraeos, qui hanc virtutem praecipue colebant et legibus sancitam exercebant, ejus nomine caruisse.

Deinde locis, qui hanc vocem habent, haec a me data definitio maxime est consentanea, quod breviter videamus. עָשָׂה|חֶסֶד עִם ad verbum est: *ἀσκ|εῖ ἑϛ|ίαν ἅμα;* Lat. fac|it vest|am cum — formula saepissime repetita, quae nihil aliud sibi vult, quam: facit hospitium cum etc. Gen. 39, 31. וַיֵּט אֵלָיו חָסֶד, Deus apud Josephum exstruxit focum, i. e. cum eo habitavit, eum adjuvit, er wohnte, stand ihm bei. Gesen. vertit: er neigte ihm Gunst zu. Gen. 21, 23. Abimelechus, cum Abrahamum ad jusjurandum adigit, utitur formula: כַּחֶסֶד אֲשֶׁר עָשִׂיתִי עִמְּךָ, pro hospitio, quod tecum feci. 2 Sam. 16, 17. Absalomus Chuschaeo, a Davide defecisse se simulanti: num haec est, inquit, familiaritas, hoc hospitium, quod cum Davide fecisti? Ruth 2, 20. Laudatur Boas, qui neque cum defunctis deseruerit חַסְדּוֹ, hospitalitatem; nam Noomae marito Boas familiariter usus erat, ac propterea, quod in illius jam pridem mortui uxorem et filiam, nuperrime e terris peregrinis reversas, benignus erat, etiam cum mortuis, sc. cum mortuo marito, hospitalitatem servare praedicatur.

Exod. 20, 5. 6. Locus notissimus multumque vexatus: Sum Deus Zelotypus, requirens patrum iniquitatem a tertiae et quartae aetatis filiis, si qui me oderint; cum iis autem, qui me diligant, hospitium jungam ad aetatem millesimam. Respiciendum est ad morem populorum vetussimorum, qui apud multos hodieque valet, ut גֹּאֵל (In|gel|tar, ul|tor, Rächer; Ingaltnis, Strafe, Entgeltung, Notk. Ps. 7, 8. 9. Vide Adel. ad voc. Gelten etc.) sanguinis propinqui poenas repeteret, non modo a consanguinei percussore ipso, sed ab ejus quoque liberis, donec esset satisfa- **Exod. 20, 5. 6.**

ctum. Mos alius erat, ut hospites cum hospitum posteris hospitium pergerent conservare. Luculentissime igitur ex hoc loco apparet, quanto praestantior et diuturnior sit Dei clementia et favor, quam ejus justitia dignas nocentium poenas persequentis.

חֲסִידָה avis. חֲסִידָא incestus cur?

Quae si ita sunt, quae de voce חֶסֶד attuli, avis חֲסִידָה erit avis hospitalis, sine dubio ciconia. חֲסִידָא incestus, flagitium ad focum patratum, domesticum, consanguineum; vel omnino opprobrium, quoniam qui graviter punienda patraverant, supplices ad focum confugere solebant.

Nunc ex aliis linguis sententiam meam studebo confirmare. Mirum non est, hoc vocabulum, utpote rem vetustatis notissimam declarans, in multas linguas transisse. Hostis, cujus eadem radix est, ac vocis חֶסֶד H S T, vide Adel. in voce Gast, Cicero, apud majores nostros, ait, is dicebatur, quem nunc peregrinum vocamus; pro quo deinde hospes in usum venit.

Hostia.

Hostiam ideo ita dictam placet, quia foco, ἑςία imponi solebat, tamquam gratae Diis epulae. Magnopere Ovidius errat, qui ita:

> Victima, quae cecidit dextra victrice vocatur,
> Hostibus a domitis hostia nomen habet.

Hostire etc.

Hinc etiam hostire, redhostire, pro donare, remunerari, hostimentum pro munere, ut ζενίζειν item pro donare, usurpabantur.

> Par pari datum hostimentu' est; opera pro pecunia. *Plaut.*

Hostis in medii aevi latinitate idem erat, qui hospes; inde Franc. hôte, Ital. hoste, Bohem. host. H abiit in aliis linguis in g et k, nos G a s t, Angl. guest, Kero, Kasto et Kesteo.

חֶסֶד cognatum cum יָסַד, ἱστ.

Videtur חֶסֶד cognatum cum יָסַד, יְסַד est ἱστ., ἵςημι, inde ἑςία, Lat. status S t ä t t e, ἄςυ S t a d t.

De voce ζένος non mihi constat. Sunt, qui ζενίζειν et s c h e n k e n ejusdem stirpis esse existiment; at k

in schenken est radicale; videtur hoc potius a הֵנַק schenken, welches von der Mutter, die dem Kinde schenkt, gebraucht wird; a יָנַק sugere autem est jung, lat. junis, junior. Schenken. Jung. junis.

Cum de hospitio hic locuti simus, commode transimus ad ejusdem vocis radicem, quae est

אָ ס ף

אָסַף, *ἀσπ*, *ἀσπ|άζομαι*, hsp, hospes. Diligenter his vocibus inter se collatis, efficitur, ut neque אָסַף sit proprie colligere, neque *ἀσπάζεσθαι* salutare, sed utrumque excipere, atque ut hospes sit, exceptus. אָסַף proprie esse excipere, non est difficile demonstrare; at prorsus hac demonstratione supersederem, ni id scire et tenere magnopere ad locorum quorundam difficultates solvendas conduceret. אָסַף esse excipere, nonnullis locis probasse, satis est. Deuter. 22, 2. Moses praecipit, ita: si bovem vel pecudem aberrantem a grege videris, dominus autem aut absens sit aut ignotus, וַאֲסַפְתּוֹ אֶל־תּוֹךְ בֵּיתֶךָ, in domum tuam recipias. Sic Jos. 20, 4: אָסַף adhibetur de maleficis in asyla (*ἄσυλον*, אָזַל, fugit) recipiendis. Gen. 42, 17: וַיֶּאֱסֹף אֹתָם אֶל־הַמִּשְׁמָר, recepit in custodiam. Formula usitatissima אָסַף אֶל־אֲבוֹת erit: excepit ad patres, non collegit. Saepe hoc verbum usurpatur de singulis recipiendis, ubi colligendi vis plane erit aliena, sicut nos non diceremus: ich werde versammelt. Sic אָסַף מִצָּרַעַת, ex lepra in societatem humanam recipere. אָסַף רֶגֶל recipere pedem; אָסַף רוּחַ, vitam excipere, eripere. De agmine אָסַף est claudere, proprie eripere, ut Latine excipere pro succedere, subsequi usurpatur. Saepe legitur de frugibus recipiendis et condendis. Num. 21, 16. de populo, qui in itinere erat, in locum certum excipiendo. 2 Reg. 22, 4. de pecuniis recipiendis. Quamquam vero non negaverim, saepe אָסַף esse colligere, haec tamen vis verbi secundaria est, nam si res plures in

locum unum recipiuntur, colligi eas, necesse est; ex vi autem colligendi vis excipiendi consequatur, non oportet.

Quid sit 1 Chron. 26, 15. 17. Nehem. 12, 25.
אֲסֻפִּים 1 Chron. 26, 15. 17. אֲסֻפִּים, perquam difficile est dijudicatu; verum nec de thesauris, nec de aliis copiis coacervatis intelligi debere, inde apparet, quod de his rebus alio loco fit mentio, deinde, quod locis illis de janitoribus solis praecipitur. Si verbi אָסַף vim primariam spectamus, אֲסֻפִּים licet fortasse vertere receptus, receptacula, i. e. introitus, et שַׁעַר שַׁלֶּכֶת, porta dimissionis, quae post illam vocem commemoratur, forsitan est porta exitus. Cum haec porta versus occidentem, et אֲסֻפִּים versus meridiem essent, et Hierosolyma maximam partem ad meridionale et occidentale templi latus spectarent; ad utriusque lateris portas ingens hominum multitudo conflueret, necesse erat, ac, ne occurrendo et concurrendo nimius tumultus oriretur, forsitan ita cautum erat, ut introitus esset multitudinis per portam meridionalem et discessus per occidentalem; quam ob rem ad hanc utramque portam majore janitorum numero opus erat. Portae meridionales forsitan posteriore tempore portae Huldae sive Hulchae eandem ob causam vocabantur, quorum nominum hoc ab חָלַךְ, illud ab ἐλθ|εῖν profectum, non est veri dissimile. Libenter autem fateor, me neque ex Lightfootio, neque ex Lundio et aliis templi Hierosolymitani descriptionem potuisse satis perspicere. Verum transeo ad vocem perdifficilem et locum, quem interpretes recte expediri posse, prope desperaverunt:

אֲסֻפּוֹת Cohel. 12, 11.

Auctor hoc loco studet commendare praecepta a se data et vult, lector in iis acquiescat, neque praeterea quidquam legat.

Luther v. 10. Er suchte, dass er fände angenehme Worte, und schrieb recht die

Worte der Wahrheit. V. 12. Hüte dich, mein Sohn, vor andern mehr; denn viel Büchermachens ist kein Ende, und viel predigen macht den Leib müde. V. 11. utitur similitudine scriptor, ut doceat, eum, qui sua legat, carere posse ceteris libris. Luth. Diese Worte der Weisen sind Spiesse und Nägel, geschrieben durch die Meister der Versammlungen, und von einem Hirten gegeben.

Quorum verborum, sive per se spectem, sive conferam cum versu antecedente et subsequente, quae sit sententia, plane ignoro. Neque plus luminis huic loco videntur attulisse alii interpretes. At si ex Graecis locus explicabitur, haec erit verborum sententia: Die Worte der Weisen sind wie gebohrte Löcher und eingeschlagene Nägel, welche die Zapfen (Haspen) verbinden, gegeben von einem einzigen Meister. Was darüber ist, davor hüte dich etc. Quam diversa haec a vulgari interpretatione, et quanto aptior! Id enim vult auctor: quemadmodum in aedificio exstruendo tignorum compages firmentur per foramina et clavos, atque clavi foraminibus conveniant et respondeant, si scitus artifex opus administret; ita ut neque desit, neque supersit foramen aut clavus; sic dicta et praecepta sapientum, a se data, tam perfecta, atque inter se concinna esse, ut, quidquid superet, vel aliunde accedat, supervacaneum sit planeque rejiciendum. Quam sententiam ut probem, ad singula verba transeo. Verba sapientum sunt כַּדָּרְבֹנוֹת, proprie, sicut *τρύπανα*, terebrae. דָּרְבָן et דָּרְבוֹן et *τρύπανον* et terebra eandem habent radicem, דרב, *TPΠ*, TRB, cum quibus cognata videntur, sive indidem orta: *τρέω* et drehen. Hebraea vocabula דָּרְבָן et דָּרְבוֹן, etiam stimulum, quo boves instigabantur, significare, non mirum est; terebra-

bantur enim quodammodo boves stimulo sive κέντρῳ. Pro terebris autem malim (terebramina) foramina intelligere, sicut τρύπα Graece utrumque significat. Verba sapientum sunt, auctor pergit, ut clavi infixi, qui appellantur בַּעֲלֵי־אֲסֻפּוֹת, proprie domini exceptionum, i. e. qui exceptiones tignorum et commissuras efficiunt, tigna compingunt. Nescio, num Haspe et Haspel, quae voces non solum vetustae, sed etiam multis linguis communes sunt, ab hac radice provenerint; quamquam, quo referant, plurimi dubitant linguarum interpretes. Videtur tamen aliqua significationis propinquitas esse inter Haspe et אֲסֻפּוֹת; nam to hasp Angl. est conjungere, objice claudere, ut utraque vox Haspen et אֲסֻפּוֹת sit ea pars alicujus rei prominens, quae excepta ab alia, commissuram efficiat, quare hoc loco אֲסֻפּוֹת aptissime reddatur per voces Haspen sive Zapfen an den Balken.

Sequuntur verba: נִתְּנוּ מֵרֹעֶה אֶחָד, dati (non ab uno pastore), sed ab uno artifice, sive potius ab uno, qui aedificii exstruendi designationem fecit et
רָעָה opus ipsum ad illam dirigit. רָעָה enim, quod cupiit, alicui cupiit significat, hoc loco est, excogitavit, cogitatione effinxit; Chald. רַעְיָן, רַעְיָנָא, רַעְיוֹן, cogitatio, mens cogitans, תַּרְעִיתָא, Cogitatio, consilium mente conceptum. Buxtorfii Lex. 2275. רֵעַ Gesen. III. Wille, Gedanke. Mira est hujus verbi per alias linguas propagatio, ut fastidium lectori facerem, omnes surculos scrutando et ostendendo. Verba: φρήν, φράω, φράζω, φρόω, φρονέω et alia inde sunt exorta, quae omnia cogitare designant, quam potestatem רָעָה loco hic explicato habet. Apud nos Kero habet rahhon; Ottfr. rechan; Notker rachan, rechnen, to reckon, to reck pro cogitando et reputando. Deinde rathen, raden vel raen apud Sax. inf., reden. Ulph. rathjan pro rechnen, schätzen. Reor, rechnen, ratus gerechnet, richtig; ratum

facere, richtig machen. Ratio, res a reor, Racha, Rahha, i. e. causa, Sache, Ursache; Rach, Rechtssache, reus der Angeklagte, ut Ding a דִּין, poprie Gerichtssache, deinde res quaelibet. Eadem ratio est vocum: Sache, causa, דָּבָר et aliarum, quae idem significant. רִיַּע, rufen, ῥέω, ῥήτωρ etc. Gerücht, ruchtbar, cum רָעָה cognata sunt, ut raen, i. e. reden, nam verba hujuscemodi pleraque, sicut verba sentiendi, ita et verba dicendi sunt Reliquae verbi רָעָה potestates in aliis linguis frequentes adsunt, ut ἐρᾶν, Goth. frigon, freyen, רָעְיָח, Freya Dea, Frau, Ottfr. Frouuo, Frow; Maritus, Fro apud eundem. FreyaGöttinn.

רֵעַ amicus, Freund, quod est particip. verbi frion, lieben; Friunt, Kero et Ottfr., Angl. Friend etc. Verbum freuen indidem est, ut רְעוּת Freundinn, Begehr, Freude. Vis verbi רָעָה cupiendi et quaerendi creberrima etiam in aliis est linguis: ἔρομαι, rogo, fragen, εὕρω, frahen; heuern. Cognatum videtur אָרַשׂ, Ἔρως, ἐρωτ|ᾶν, Ἀφροδ|ίτη, Hewrat, Hirat, Heyrath. Venus, Wonne, winnen, gewinnen, venire, vendere; μνᾶσθαι, minnen. Verum satis jam et super lectori dictum erit de verbo רָעָה, quamquam per plures linguas accurate persequi, operae esset; offendere non debet, quod plures linguae F huic radici praeponunt; nam ר et ῥ cum spiritu fortiore pronuntiabantur, qui in F. saepe in linguis aliis abiit; quod exemplis demonstrare non opus est, quia per digamma Aeol. satis illustratur, quod pro spiritu primum in usu erat.

Freund. Fragen. Heirathen. Ἀφροδί-τη.

Redeo ad ἀσπάζομαι. Facile apparet, primam et generalem verbi potestatem non esse amplectendi, durum enim esset de canibus amplectentibus, licet per translationem, loqui, at vis princeps est exicipiendi. Quare additur: δεξιῇ, χερσὶν, ἔπεσι μειλιχίοις; ἀσπαστός est acceptus. Reliquae verbi notiones commode ex hac fluunt: amplexu excipere; Cyrop. 5, 5,

35. etiam de discedentibus; nihil enim tum aliud est, quam: in die Arme aufnehmen, an das Herz drücken. Salutare, Cyrop. II. 1, 1. 2. Osculari, VI, 4, 10. mit einem Kusse empfangen. Deinde est colere, magni facere, hoch aufnehmen. *Ἀσπάζεσθαι αὐτοκράτορα*, excipere imperatorem. *Ἀ-*
Ἀσπίς. *σπίς* igitur nomen habet, quod excipiat ictus; Schild, שֶׁלֶט, *σκῦλον*, Schale. Hebraei contra אַשְׁפָּה pharetram, quae recipiat sagittas, nominant.

Ut *ἀσπάζομαι* cognatum videtur cum *σπάω*, ut sit fortasse, an sich ziehen; sic אָסַף cum aliis verbis Hebraeis est cognatum, quae non parum illu-
שָׁבָה strantur, si trahendi vim firme tenemus. שָׁבָה, ab-
סָפָה straho in captivitatem, fortschleppen. סָפָה, *σπάω*, traho, vel abstraho, contraho vel attraho, ex qua vel notione loci omnes bene expediuntur, qui hoc verbum continent.

סָפַח סָפַח idem declarat, atque optime loci quidam
Jes. 14, 1. difficillimi ita explanantur. Jes. 14, 1. וְנִסְפְּחוּ עַל־בֵּית attrahentur ad domum Jacobi; Gesen. sie werden sich anschliessen an das Haus Jacob.

Job. 30, 7. Job. 30, 7.: תַּחַת חָרוּל יְסֻפָּחוּ, sie ziehen sich, kriechen unter das Dornengebüsch. Gesen. unter Dornengebüsch versammeln sie sich; hic de hominibus miserrimis et maxime egenis agitur.

Hab. 2, 15. Hab. 2, 15. מְסַפֵּחַ, qui facit ducere; vae illi,
1 Sam. 2, 36. qui facit, ut alii ducant potum irae tuae! 1. Sam. 2, 36. Jehova minitatur poenas sacerdoti Eli, et posteros ejus, si qui superstites futuri sint, mendicos ait fore, et saepe ita dicturos: סְפָחֵנִי נָא אֶל־אַחַת הַכְּהֻנּוֹת, duc me in sacerdotium aliquod, ut edam frustum panis. Nihil aliud videtur, si universum verborum nexum spectamus, quam: duc me in sacerdotis domum, i. e. ad sacerdotem, ut frustum panis accipiam. Vulgo autem vertunt: fac me, constitue me sacerdotem, quod minime in totius loci sententiam quadrat.

שָׁפַן, סָפַן Spünden, überziehen, *σπάω*.

צֶפֶן ζόφος, Spanien, spennich, verdunkelt, ut עֶרֶב, ἔρεβος, Europa. צָפָה I. spün|den; spana, Suec. ziehen, spinnen. צָפָה II spähen, proprie spannen, i. e. intendere, attendere oculos, animum; specio, spes, per omnes fere linguas Europaeas, vid. Adel. צָפָה III, צוּף, abundare, צוּף träufelndes Honig, cognatum cum vocibus: Spini et Spahha, Brust; Spunne, fruchtbar; spuonen, häufen; Spunne Früchte; Σπένδειν, schenken, freigebig vertheilen, largiri, quod quidem verbum ex ubertate et abundantia explicare licet; σπένδειν enim erat: ea, quae defluebant ex pleno vase, Diis donare; inde etiam spons, sua sponte aliquid facere, aus Ueberfluss, aus Freigebigkeit, über die Pflicht, Geheiss etc. יָסַף addere, spuonen, anhäufen etc. Dubito, an non recte, quamquam nemo id adhuc negavit, a σπένδειν ducatur σπονδή Vertrag, et verba spondeo, respondeo, despondeo etc.; videtur enim e verbo respondere consequi, ut spondere nihil sit, nisi, sprechen, zusagen, quod aliae linguae affirmant. Spanen, spanan Germ. est suadere, adhortari, consilium dare, saepissime persuadere, quibus verbis creberrime utuntur Kero, Ottfried et alii; nos adhuc habemus abspänstig und widerspänstig. Ex hac radice vetustissima SPN, cui affine est שָׂפָה et speak, Angl. commodissime videtur posse explicari vox obscura et locus difficillimus multumque vexatus:

צָפָה I. II. III.

Σπένδειν.

Sponte.

Σπονδή, spondere etc.

סָפוּן Deuter: 33, 21.

Nolo diversas multorum de hoc loco sententias afferre. Moses benedicit Israelitarum gentibus, Gado autem ita: Benedictus esto Gadus, qui amplam terrae suae portionem fecit; Gadus sicut leo habitat, rapit brachium et verticem. Haec eo respiciunt, quod tribus Gad cum tribu Ruben et dimidia Manassis primam terrae occupatae partem cis Jordanem acceperat.

Moses ita pergit v. 21.: Vidit primitias sibi; namque ibi portio מְחֹקֵק סָפֻן, (ut mihi placet,) legislatoris, i. e. a legislatore data, persuasione adducti; venerunt capita populi, justitiam Jehovae fecit et judicia ejus cum Israele. Ad locum hunc explanandum opus est inspicere, quae Num. 32. dicta sunt. Tribus Gad, Ruben et dimidia Manassis decreverant citra Jordanem remanere. Moses, quamquam ab initio huic proposito valde succensens, precibus tamen et pollicitis harum tribuum permotus, concessit id quidem, sed hoc pacto: si in terra Cananaea occupanda strenue auxilium reliquis tulissent, ut terras jam occupatas obtinerent; sin minus, ut tum cum reliquis Israelitis partem terrae Cananaeae, suam quaeque portionem, cum reliquis tribubus sortirentur. Quod illi coram Eleasare, Josua et omnibus Israelitarum senibus, qui convenerant, se facturos spoponderunt, et justitiam Dei, ut Moses dicit, fecerunt. Quodsi Moses ad illam rem hic respiciens Gado benedicere putatur, nulla omnino restat difficultas. מְחֹקֵק סָפוּן ergo est legislator, sive potius pacti auctor, qui persuasione adductus concessit precibus, quod prius ita esse noluerat.

Transgredior ad voces

אַשְׁפּוֹת et אַשְׁפַּתּוֹת,

quarum consonantes radicales sunt שׁפת, quocirca videntur mihi esse Graecorum Σποδός, cujus est eadem radix ΣΠοΔός. Veteres stercus esse voluerunt; Michaelis lapideum tripodem; quae sententiarum, quaeso, discrepantia! Si vertis σποδόν, commode loci illi, qui interpretibus molestiam crearunt, explanantur. Ps. 113, 7. Erigit attritum ex pulvere, מֵעָפָר; egenum tollit מֵאַשְׁפֹּת, e cineribus. 1 Sam. 2, 6. eadem sententia repetitur. Threni 4, 5.: qui sedebant super purpura, nunc amplexantur cineres, חִבְּקוּ אַשְׁפַּתּוֹת. Mos enim erat et Israelitarum et omnino populorum veterum, ut non solum, qui gravi fato conflictabantur,

caput cineribus inspergerent, sed etiam in cineribus considerent. Od. 7, 153. *Ἕζετ᾽ ἐπ᾽ ἐσχάρῃ ἐν κονίῃσιν*, scilicet Odysseus, ut sui misericordiam moveret. V. 159. Phaeacium proceres:

Ἀλκίνο᾽, οὐ μέν τοι τόδε κάλλιον, οὐδὲ ἔοικε,
Ξεῖνον μὲν χαμαὶ ἧσθαι ἐπ᾽ ἐσχάρῃ ἐν κονίῃσιν.

De sterquilinio autem assentior Michaeli, qui ita: Quis vel pauperrimus in sterquilinio sedeat, vel sterquilinium amplexetur?

שַׁעַר־הָאַשְׁפּוֹת, Neh. 2, 13, esset porta cinerum, nam cineres quoque ante portas egerebantur. Si vocis hujus radicales literae transponuntur, ut pro SPD ponamus SDP; vocabuli Germ. Staub radicem habemus, SToB, Stob, Stub, Ulph.; in med. aev. latin. Estoffa, Fr. étoffe, étouffer etc. Vid. Adel. Ex אֵפֶר et עָפָר est *τέφρα*. Asche, gr. *ἄζα*, cogn. cum אֵשׁ, אָזָא assare, incendere. Cinis, cendo, zünden, צוּת, Zend, Pers.

כָּלַם.

Inusitatum quidem hoc verbum in Kal; videtur esse *καλύπτω*, cujus radix est *κλβ*, litera ב mutata in *β*, una labiali in alteram, quod in aliis quoque linguis consuetum. Omnino ם tam debile erat, ut vix pronuntiatione exprimeretur, simili modo, ac M Lat. in syllabarum exitu. Vid. Ges. ad Lit. ם. Quare verba illa Hebraea, quorum postrema radicalis erat ם, recepta vel in Graecam vel in alias linguas, illud ם fere amittunt, ut עָלַם, *ἐλύω*, velo, hüllen; כָּסַם *κσέω*, *ξέω*. Ita videtur גָּרַם esse Gr. *κείρω*, גָּרַם nostr. zehren. Zeph. 3, 3.: Judices urbis sunt lupi Zeph. 3, 3.
vespertini, לֹא גָרְמוּ לַבֹּקֶר, sie zehren nicht für den Morgen. Num. 24, 8. Israel יֹאכַל גּוֹיִם, comedet gentes Num. 24, 8.
וְעַצְמֹתֵיהֶם יְגָרֵם, et ossa earum corrodet, wird abzehren ihre Knochen. Ezech. 23, 34. Ezech. 23, 34.
epotabis et exsuges calicem moeroris, וְאֵת־

חֲרָשֶׂיהָ תְּגָרֵמִי, et testas arrodes, noch an den Scherben wirst du zehren, nagen. Forsitan non cognatum est גֶּרֶם cum גָּרַם, sed potius affine voci קֶרֶן, κέρας, cornu, Horn, Kern; quare nos Kern pro substantia rei, ut hoc nomine utar, aeque dicimus, atque Hebraei גֶּרֶם. At revertor ad כָּלַם. — הִכְלִים dicitur esse: pudore affecit. Cum autem saepenumero copuletur cum בּוֹשׁ, in quo agnoscimus lat. pudet, Angl. blush, blood, nost: Blut, blöd, ut apertum sit, verbum illud esse, rubore suffundi; כָּלַם non poterit significare unum idemque, sed aliquid simile. Deinde haec ruboris vel pudoris notio non bene convenit nonnullis locis, ut 1 Sam. 25, 7. Jud. 18, 7. Num. 22, 14. etc., ubi desideratur potius signum aliquod externum, non solum pudorem, sed etiam tristitiam prodendi. Quid igitur obstat, quominus statuamus, כָּלַם esse, velatus fuit, velavit se? Nonne scimus, veteres caput tegumentis velasse, non solum ad pudorem, sed etiam ad animi moerorem prae se gerendum?

Sic Il. 24, 93: de Thetide lugente:

κάλυμμ᾽ ἕχε δῖα θεάων
Κυάνεον, τοῦ δ᾽ οὔτε μελάντερον ἔπλετο ἔσθος.

V. 105. *Πένθος ἄλαςον ἔχουσα μετὰ φρεσίν.*

Num. 12, 14.: Si pater in ejus i. e. filiae vultum exspuisset, הֲלֹא תִכָּלֵם שִׁבְעַת־יָמִים (secundum vulgarem interpretationem) nonne deberet pudore affecta esse septem dies? Claudatur igitur Mirjam, pergit auctor, septem dies extra castra; Mirjam autem lepra laborabat. Ex hoc loco evidenter mihi videtur apparere, non de pudore, animi affectu, quippe qui in certos dies praescribi nequeat, sed de signo quodam pudorem testificante verbum illud esse sumendum.

הִכְלִים ergo erit, tristitia et pudore afficere, facere, ut aliquis faciem velet. 1 Sam. 25, 7. Davides Nabali per nuntios: ecce! pastores tuos, qui no-

biscum versati sunt, לֹא הִכְלַמְנוּם, non affecimus tristitia, wir haben sie nie betrübt, beleidigt; ex verbis, quae sequuntur: neque illis quidquam erat desideratum, videmus, de pudore nihil hic esse. Job. 11, 3. וַתִּלְעַג subsannabis (לָעַג lachen) וְאֵין מַכְלִים neque est, qui te confundat, redarguat, vor dem du müsstest dich verhüllen, dich verstecken. καλύπτειν τινά, pariter est, einen in Schatten stellen, auch betrüben. Jerem. 14, 3. Venerunt aquatum missi ad puteos, neque invenerunt aquas, reversa sunt vasa eorum vacua, pudore sunt affecti, וְהָכְלְמוּ וְחָפוּ רֹאשָׁם, obvelarunt faciem et caput contexerunt.

כְּלִמָּה κάλυμμα jungitur cum verbis כָּסָה texit, נָשָׂא tulit, לָבַשׁ vestiit, ex quibus consequitur, ut כְּלִמָּה sit velamentum, tegumentum. Κάλυμμα, foeminarum Graecarum erat velum defluens de capite ad humeros usque, totamque faciem praeter oculos cooperiens. Optime, ni fallor, voci כְּלִמָּה convenit nostrum Leid, Suec. Led; לוּט etiam est velum, cognatum λαθεῖν, לָט, λάθρα; ut clam antique calim a כלם. Dicimus: Leid tragen, im Leide gehen, das volle Leid. Sic Hiph. verbi כָּלַם, Leid zu fügen, beleidigen: Hoph. et Niph. Leid erfahren, Leid tragen.

Leid.

Clam.

Saepe est הִכְלִים ignominia, probro afficere, contaminare, maculare aliquem. Quae verbi notio unde profecta sit, facile cognoscitur; non enim solum velabant faciem, qui pudore vel tristitia affecti erant, sed etiam foedabant, et vestes gestabant discissas et pullas. Calumniari, ni fallor, ejusdem stirpis est, et significat: anschwärzen, verdunkeln. Λύμη autem et λυμαίνεσθαι, λώβη et λωβᾶσθαι, profecta a כָּלַם, optime hanc vim ignominia afficiendi exprimunt. Λυμη, lues, labes, limus; Angl. Lime, Lehm; Loam Angl.; Lutum, Schlamm, etiam Glumm; Schleim, Angl. Slime unius videntur esse stirpis.

Λύμη.

Sic etiam Leid, si primam vocis originem quaeris, ex immundo fonte profluxit, cognatum enim est cum Letten, lutum, Angl. Loath, spr. Loth; Leida, hässlich; Leyth, Ekel, verleiden. לוּט velum, לוּט chald. maledicere, sive potius inquinare. לֹט, λήδανον, λῆδον, ladanum, Schleimharz. Eadem ratio est verbi μωμᾶσθαι; μῶμος ducendus est a מוּם, macula; ἀμύμων, fleckenlos; μωμᾶσθαι, anschwärzen, einen Fleck machen an jemandes Nahmen, Ruf etc., hoc verbum quoque vim vestiendi assumsit, vermummen.

Haec verbi כָּלַם vis saepius est obvia legenti. Ps. 44, 10.: אַף־זָנַחְתָּ וַתַּכְלִימֵנוּ, rejicis nos et facis abominabiles. Leidon, Otfr., verleiden, odiosum reddere. Leidsame, abominabiles, Kero; Leidsami, abominatio, Notker. 1 Sam. 20, 34. dolet Jonathan de Davide, quod pater eum ignominia affecerat, ihn geschmäht, befleckt, verunehrt hatte. Sic Prov. 25, 8. ne procede ad litem, quid enim facies in fine ejus, בְּהַכְלִים אֹתְךָ רֵעֶךָ, cum proximus tuus te probro affecit? Prov. 28, 7. Qui pascit heluones, יַכְלִים אָבִיו, probro afficit patrem, vel damno, quod etiam λυμαίνεσθαι et λωβᾶσθαι et καλύπτειν significant. Interdum λυμαίνεσθαι est λύμην abluere, ut nos schlämmen,
Chr. 30, 15. Kreide schlämmen. Eodem modo 2 Chr. 30, 15. Sacerdotes et Levitae abluerunt ignominiam.
גַּלְמוּד גַּלְמוּד non est solitarius, sed potius, ut Angl. gloomed, gloomy, finster, traurig, to gloom; apud
…s. 49, 21. Germ. etiam in usu fuit glum, Luther glumm. Jes. 49, 21. de muliere orba et de liberorum caede moe-
b. 3, 7. sta. Job. 3, 7. Nox illa יְהִי גַלְמוּד, sit tristissima, ne-
b. 15,13, que cantus in illa audiatur. Job. 15, 13. turba nefariorum est in tenebris et in dolore. Verbi oblinendi et oblimandi notio in velandi et vestiendi vim transiit. Cognata vides גֶּלֶם, gleba, γλοιός, Klump, Klei; Clay, to clay, mit Lehm bedecken, to cleave, Ottfr. klivan und klevan, καλύβ|ειν. Ἄσιν οἱ καλύψω,

Jl. 5, 315. ich werde Schlamm über ihn ziehen, kleben. גָּלַם involvo, גָּלַם radix est sine dubio vocis χλαμύς, גְּלוֹם χλαμύς, Mantel, grosse Decke. Καλύπτω transiit quoque in klamm, klemmen, πέτρον χεὶρ ἐκάλυψεν umklammerte, umklemmte den Stein. Ad לוּט pertinent: λῖτον, λαθεῖν, Lid, Suec.; כָּלָא est κλείω, celo, claudo, schliessen; כֶּלֶא, cella, Zelle finitima sunt. Ab עָטָה sunt wattan, vastja, Ulphil. Kleid, Weste, vestire, vêtir, ἐσθής, Hut, Haut, Hütte etc.

Videamus de aliis pudoris vocabulis. בּוֹשׁ, pudeo, Angl. blush, blood, Blut, blöd. At büssen a פָּדָה bieten, Bude etc. בָּאַשׁ foetere, putere, putidus, bös, lat. peus, pejor. אָשֵׁם ashamed, pudefactus; αἰσχύνω, schämen, sham Angl. Scama, Schimpf, altd. חָפֵר erubuit, pudore vultum texit, obduxit; ex Job. 11, 18. apparet, vim verbi propriam esse tegendi, quare parum differt a כָּלַם, videtur cognatum cum כָּפַר, quod est oblinere, obducere, proprie mit Pech überziehen. כֹּפֶר Pech et גָּפְרִית Schwefel forsitan ambo a גֹּפֶר Kiefer, κυπάρισσος, cupressus. A πεύκη, πίτυς, picea, Fichte est Pech, πίσσα, pix, pitsch Angl.; כָּפַר igitur est oblinere, expiare, obliterare (offensionem Cic.) etwas verdecken, zudecken, wieder gut machen. Similis loquendi formula: die Liebe bedeckt der Sünden Menge, vel in vulgari sermone: Gras über etwas wachsen lassen.

חָפֵר

כָּפַר

חָלַק

Ἀλίγκ|ιος, galeik|on, Ulph.; kalihho, Kero; gileicho, Ottfr.; Gleich; prima ablata, Angl. like; Ulph. leiks; Suec. lix etc. חָלַק rem aequare, eine Sache gleich oder glatt machen, laevigare; deinde rem inter plures aequare, eine Sache unter Mehreren gleich machen, gleich vertheilen. חֵלֶק igitur pars rata est. Quod cum ita sit, non video, cur calculo

opus sit, sive lapillo laevigato, quo usi essent ad sortiendum. Ex חֵלֶק, sorte, natum est Glück. nostrum Glück, quod unde repeterent viri linguae nostrae periti dubitarunt. Forsitan vocum earum, quae carent prima palatina, ut like, leiks, radix est לָקַק, לָחַךְ, λείχω, λεῖος, laevis, lingo, lecken, ut nos vulgari sermone pro laevi dicimus: wie geleckt.

חָלָה κη-λεῖν etc. Cognatum cum חלק videtur חָלָה, κηλεῖν, εὔκηλος, ἱλάω, ἵλημι, ἱλάσκω, ἱλήκω, γαλήνη, lat. quillus in voce tranquillus. Suec. hylla versöhnen, hyldra schmeicheln, huldigen, hold etc. Videtur notio esse propria mulcere, glatt streichen, glatt, ruhig machen das Gesicht, dass keine Falte des Zornes u. s. w. zurückbleibt: Leikan, galeikan, gefallen, Ulph. חלה plane diversum est ab חָלָה, aegrotus fuit. חֳלִי, chela Germ. (Krankheit), χαλεπός, ex eodem fonte videtur haustum, ut ἄλγος, aglu pro tristis, chelen, Schmerz empfinden; chala, Schmerz.

חול Hoc finitimum videtur verbo חוּל, חִיל, cujus vis generalis est, ut Gesenius constituit, torquere. Χωλός, contortus membris, lahm, nostrum quälen, chelen, chalen, cheli tuon, leid thun; Quale, Quaele, grausame Misshandlung; Kil., quälen sih, sich quälen, martern; sunt orta a חוּל; videmus ex his: quälen proprie esse drehen, quae fortasse fuit prima consuetudo torquendi, des Marterns und Peinigens. חֶבֶל videtur cognatum, Kabel, Strick, Koppel, copula, copulare; ut torques a torquere et στρεπτὸς a στρέφειν. Cum hoc verbo concordat strafen et στρέβλοῦν a στρέφειν, streben und sträuben; στράγγειν (drehen), Strang, ansträngen. Simile verbum גָּלַל, quod significat item drehen, in aliis linguis frequens est: κυλ|ίνδω, ἑλ|ίζω, wälzen; גָּלִיל, ἕλιξ; גַּל vallum, Wall; גַּלְגַּל (Rad), Galgen inde deducenda; גֻּלָּה Quell, Galle, quod idem

est, ac Quell. *θύελλα*, Welle i. e. fluctus, et Welle, Germ. pro rota ejusdem sunt originis.

יָחַל est simillimum verbo חִיל, torquere se, versari, sich nach etwas hindrehen, exspectare; deinde verweilen, versari; vide *ϛραγγεύεσθαι*. חָלַל plane diversum est ab his, quae commemoravi et cognatum cum *κοῖλ|ος*, coel|um, hohl; חָלִיל, *αὐλ|ός*, non ab *ἄημι;* caulis, chola Germ. Stängel. יָחַל חָלַל *Αὐλός*

הָלַל est *ἧλ*, hell, הֵילֵל *ἥλ|ιος*, lucifer; de sono usurpatum, est hall|en, gellen, *γελλ*, *κελ*, *ἀγ|γέλλ|ειν*, *κελ|εύειν*, *κελ-αὔειν*, laut schreien; *γελᾷν* von einem schallenden Gelächter, radix est לַעַג, lahhan, Ulph. lachen. *Ἀ|γάλλ|ειν*, videtur esse id verbum, quod potestates verbi הָלַל aptissime reddat, namque aeque de luce ac voce usurpatur, ut pleraque alterutrum significantia vocabula. אַחְלָמָה, gemma, voci *ἄγαλμα* propinquum. Innumerabilis verborum copia hanc radicem participant, quae proferre nec vacat, nec juvat. Id tamen silentio praetermittere nequeo: callere, callidus ex eodem fonte emanasse, utpote quibus vocabulis eadem radix c l subest, et eos magnopere errare, qui a callo deducunt callere. Callum ob nitorem ita dictum est, ut nos dicimus Hühnerauge; Galle in equis; quis autem ab Hühnerauge ea velit repetere, quae oculo tribuuntur? Callidus ist also nicht der, welcher Hühneraugen, Hornhaut oder Schwielen hat, sondern, wer klug, hell, scharfsichtig ist. *Ἀγλαός*, *ἀγλαΐα*, *ἀγλαΐζω*, glänzen, gleissen, Glas etc. Glau, Ottfr. scharfsichtig, klug, proprie hell, indidem sunt. שָׂכַל, schlau seyn, proprie circumspicere a סָכַל, quod cum *σκολιός*, scheel, scelus, Schalk, cognatum est, ita discrepat, ut סָכַל sit perversum, pravum esse, verkehrt, verdreht הָלַל *Ἀγάλλειν.* Callere non a callo. שָׂכַל סָכַל

seyn, שִׂכֵּל autem oculos circumvertere, herumdrehen sit, proprie tamen oblique intueri; notionem obliqui autem huic verbo שִׂכֵּל subjectam esse, docet locus

שִׂכֵּל Gen. 48, 14.

Gen. 48, 14. ubi legitur: שִׂכֵּל אֶת־יָדָיו, oblique posuit manus, dextram in capite Ephraimi, qui ei erat a si-

מַשְׂכִּיל in Psalm. inscriptionibus.

nistra, et manum sinistram in capite Manassis, qui erat a dextra. מַשְׂכִּיל in Psalmorum inscriptionibus videtur esse carmen, quod ad considerationem et admirationem provocat, ut suspicere pro admirari latine

Σχολή.

usurpatur. Σχολή indidem prodiit, neque proprie est otium, nam σχολῇ est aegre, mit Mühe und Anstrengung; σχολή mihi videtur esse meditatio, attentio, deinde otium ad meditationem concessum. Neque est verisimile σχολήν, scholam ab otio traxisse nomen, sed ab attentione et meditatione. Quam parum sit in scholis otii, probe scimus. Obiter hic verba quaedam attigi, quae lucis mihi magnopere videntur indigere, verum, ut ad alia perveniam, relinquo inchoata atque aliis diligentius examinanda.

נָכַר

Huic verbo diversissimae et plane contrariae attribuuntur facultates. Ges. Lex. Niph. 1) gekannt werden, 2) sich verstellen. Piel 1) ansehn, 2) erkennen, 3) verkennen, 4) verachten, verwerfen, 5) übergeben. Hiph. ansehn, Person ansehn, mit פָּנִים, 2) erkennen, 3) anerkennen, 4) kennen, 5) wissen, 6) sich um jemand bekümmern. Hithp. 1) erkannt werden, 2) sich nicht erkennen lassen. נֵכָר die Fremde.

Quod tandem est hujus verbi caput, cui membra tam dissimilia congruant? Id priusquam indagemus, monendum est, literam נ non esse vere radicalem et saepius vel omitti vel mutari in verbis, in alias linguas receptis, de qua re jam supra praefati sumus.

Praeter verba, quae supra attuli, alia nonnulla hoc illustrent et confirment. נ|בא, φω̃, fo|r, va|tes, a פֶּה os. נ|בק, בּוּק vag|ari, wackeln, hin und her schwanken, φυγ|εῖν, Ἀμ|φιγ|υήεις, der Hinkende, Schwanken, to wag, Angl. wackeln. נ|גן, can|o; נ|גף, κοπ|εῖν, κόπτειν; נ|הג, ἄγ|ω; נ|חה, forsitan ἡγ|έομαι; ἐνεγκεῖν melius ad ἄγω refertur, quam ad φέρω. נ|שׂא, οἴσω; פָּרָה enim φέρω, fero, bahren, gebähren, fertilis, פְּרִי, frug|es, Frucht. Ἀμφι-γυήεις, radix φιγ.

נ|חם gem|ere, kum|en, γοᾶν, γοεῖν; Chumunga, Kümmerniss, Wehklage, das Wimmern. נחם

Ex hac quidem significatione gemendi נִחַם optime definitnr et explanatur. Niph. ich werde beklagt, habe Beileidsbezeiger. Hic enim consolandi mos olim consuetissimus. Vis ulciscendi inde fluit. Jes. 1, 24. הוֹי אֶנָּחֵם מִצָּרַי, uliscar hostes meos, tantam iis calamitatem inferam, ut consolatione sit opus, so gross soll das Unglück seyn, dass sie mich selbst dauern sollen, dass man mich darüber trösten, beruhigen muss. 3) Poenitentia cum solatio nihil videtur habere commune, si veteres mores respicimus, qui poenitentiam gemitu prodebant; נִחַם ibi quoque est: ich werde beklagt, man klagt mit mir, ich beklage mich selbst. Sed revertor ad נָכַר, cujus radix, ut ex exemplis paemissis satis apparet, est כַּר, cognatum cum κορ|εῖν, χωρ|εῖν, χωρ|ίζειν, χωρ|ὶς, χώρα, ἐπικάρσιος; lat. intrans. cur|ro, ut occurro docet; nos keh r|en, cheren, Ottfr., Willeram; uuel cherun, otk: wohlgewendet; כ mutato in V. Lat. ver|ro, ver|to, indidem venisse, fit verisimile.

Ita autem vi primaria verbi נָכַר constituta, ut sit kehren, wenden, reliquae ejusdem potestates multo facilius explicantur, atque hoc quidem pacto, ut sibi non adversentur; quod ex vulgari interpretatione fieri oportebat; quare deinceps, ut Gesenius ordinavit, verbi potestates breviter perlustremus.

Niph. Thren. 4, 8. prae nigro colore ita obscurata est eorum cutis, ut in plateis non agnoscantur; haec vulgaris interpretatio. הִכִּיר autem mihi videtur: faciem vertere, oculos convertere, animum advertere; erit igitur loci sententia: ut non aspiciantur, quod quidem majorem deformitatem ostendit, ac melius ad hanc sententiam, quod additum est בַּחוּצוֹת, in plateis, videtur quadrare, dass man sie nicht ansieht auf den Strassen, dass man sich scheut sie anzusehen. Cum qua interpretatione optime consentit v. 15. Recedite, immundus est, illis acclamant, recedite, recedite, ne tangite! Prov. 26, 24.

Osor labiis יִנָּכֵר se vertit, alium se praebet, mit seinen Lippen verkehrt, verstellt sich der Hasser; zeigt, kehrt eine andere Seite vor.

Piel 1) ansehen. Job. 34, 19: non vertit se ad divitem coram paupere, wendet sich nicht nach ihm, kehrt sich nicht an ihn. 2) erkennen. Job. 21, 29. Annon a transeuntibus per viam quaesivistis, et signa eorum לֹא תְנַכֵּרוּ, non animadvertistis? 3) verkennen; Deuter: 32, 27. quod minime, sed verdrehen, verkehren, anders nehmen. פֶּן יְנַכְּרוּ צָרֵימוֹ ne rem per vertant hostes eorum. v. 26. Jehova: dicerem, inquit, me eos (Israelitas) deleturum, nisi timerem hostium insolentiam, ne rem vertant et dicant: nostra manus est alta, non Jehova fecit haec omnia, damit sie die Sache nicht verdrehen, falsch nehmen etc.

4) Jer. 19, 4. verachten, verwerfen: וַיְנַכְּרוּ אֶת־הַמָּקוֹם הַזֶּה Ges. sie haben die Stätte verworfen; potius, sie haben die Stätte verkehrt, umgewandelt, quod quidem verba, quae ibidem leguntur, affirmant: Quia me deseruerunt et hunc locum verterunt, sacrificantes aliis Diis;

non repudiarunt igitur locum, sed in alium usum verterunt.

5) übergeben. נִכַּר אֹתוֹ אֱלֹהִים בְּיָדִי, 1. Sam. 23, 7. Saulus de Davide, vertit eum Deus in manum nostram, Gott hat ihn gekehrt, gewendet in meine Hand, quod verbosius illustrare non opus erit; vide tamen, quam sit difficile hanc verbi notionem cum notione agnoscendi conciliare. Hiph. 1) ansehn, se vertere ad aliquid, oculos, animum advertere, attendere. Neh. 6, 12: oculos, animum advertebam, et ecce! Jer. 24, 5. vulgo: ut hae ficus bonae sunt visu, ita captivos Judaeos benigne adspiciam, forsitan, ita in bonum et pulchrum vertam.

הִכִּיר פָּנִים, oculos in aliquem convertere, sich an einen kehren, sich nach ihm richten, parteiisch seyn. Diversum est a נָשָׂא פְּנֵי, faciem alicujus ferre, vultum accipere, et, quid ille adnuat, attendere; הִכִּיר פָּנִים est suam faciem aliquo convertere. Jes. 3, 9. הַכָּרַת פְּנֵיהֶם, conversio vultus ipso- Jes. 3, 9,
rum; omnino non offendit פְּנֵיהֶם, sed requiritur et הַכָּרַת
opus est; contra, si הִכִּיר vertis agnoscere, tum durum admodum est atque intellectu difficile. Job. 19, Job. 19, 3
3. decies me contumelia affecistis, neque tamen erubescitis, תַּהְכְּרוּ לִי, sed contra me vos vertitis; tantum abest, ut erubescatis et recedatis, ut contra me impudenter vos convertatis iterum. Hiph. 2, 3, 4, 5, cognoscere, agnoscere, novisse, scire, facile ex illa animadvertendi vi explanantur. Esra 3, 13. das Volk bemerkte nicht die Stimme des Jubels und der Freude לְקוֹל בְּכִי, vor der Stimme des Weinens. 6) sich um jemand bekümmern, ἐντρέπεσθαί τινος. Hithp. 1) erkannt werden. 2) sich verstellen. Gen. 42, 7. Josephus, יִתְנַכֵּר אֲלֵיהֶם, vertit se, alium se simulavit adversus illos.

נֵכֶר Job. 31, 3. Obad. נֹכֶר eversio, verba ver-

tendi omnia fere habent significationem devastandi. נֵכָר die Fremde, οἱ χωρίς, die getrennt, entfernt wohnen, von uns abgekehrt, weggewendet; κάρβος antique pro βάρβαρος. Χωρεῖν igitur wenden, sich wenden; sed a כֹר, modus aridi, χωρεῖν est capere, in sich fassen, messen; Χώρα, Χῶρος proprie Kehrung, Wendung, ut regio a rego, Richtung, tract of Land; Gegend, terra, quae exadversum jacet; Χορός, Chor, kehren, sich wenden, drehen. Κορεῖν sich sättigen a כֵּרָה, Göra Germ. (Mahl, coena), Garkoch.

רָגַע

Kal 1) ruhen, 2) aufregen, bewegen. Niph. ruhen, Hiph. 1) Ruhe haben, 2) ruhig machen. 3) wiederherstellen. 4) etwas augenblicklich thun. Postea Gesen: maluit גָּרַע significare, drohend winken, et cognatum esse cum גָּעַר, (γηρύειν, ὠρύειν, garrire, queri, charen Germ. ant. to cry, crier.)

Quodsi ruhen vel drohen generalis et propria hujus verbi vis est, diffido, reliquas ejusdem verbi notiones commode inde arcessi et eodem referri posse. Verum prima vis est ὀρέγειν, recken, Suec. raeka, Ulph. raikjan, Angl. to rack; unde omnia facillime expediuntur, quae alioquin obscura sunt et perplexa.

1) ruhen. Job. 7, 5. עוֹרִי רָגַע, cutis mea extenditur, reckt sich, (über die Geschwüre) וַיִּמָּאֵס, et liquescit iterum, und bricht wieder auf; irrechin, entfalten, ausbreiten, Gl. Mons. Nos simili modo loquimur: das Leder rekken, ausdehnen. רָקִיעַ, ῥάκος, Himmelszelt, postquam pro tentoriis aedificia habere coeperunt, Himmelsgewölbe.

Recubandi notionem conjunctam esse cum notione sui porrigendi et extendendi, nemini mirum videbitur; namque quid aliud est requiescere et recubare, ac prostratum et porrectum jacere?

Fusus humi totoque ingens extenditur antro etc. Angl. retch, sich dehnen und gähnen. Similiter רָבַץ de quadrupedibus, quae porrectae pedibus incubant. Antique apud nos rawsen; der aber rawset in dem Summer, inde rasten. רָבַע ruhen, ruouuen, rauuan, Notk. William. Adelung in hoc vocabulo omnia confundit, adeoque vocem Friede studet immiscere, quae tamen a בְּרִית Frid, Fridu, Kero, ortum habet. בְּרִית Frid.

2) רָגַע aufregen, bewegen. Repugnat autem haec significatio priori, nam ruhen und regen sibi plane sunt contraria; si vero vim verbi primam recken statuis esse, haec illi notio consentanea est. Ter leguntur verba: רֹגַע הַיָּם וַיֶּהֱמוּ גַּלָּיו, Jes. 51, 15. vid. Ges. Lex. Er erregt das Meer, und seine Wellen toben. Multo rectius: Er reckt das Meer und seine Wellen toben, extendit mare. Hoc modo nihil difficultatis restat. Niph. Hiph. 1. 2. ruhen. Jer. 47, 6. gladie, recipiaris in vaginam, הֵרָגְעִי, ad requiem te extende, compositus requiescas. Deuter. 28, 65. inter gentes illas לֹא תַרְגִּיעַ, non ad corpus reponendum te extendes, immo, ne pedi tuo quidem locus erit ad requiescendum. Jes. 34, 14.

2) Ruhig machen, quod exemplis illustrare non opus est.

3) wiederherstellen. Jes. 51, 4. מִשְׁפָּטִי לְאוֹר עַמִּים אַרְגִּיעַ Non video, cur aliam vim verbo subjicere oporteat, nihil videtur accomodatius ad loci sententiam, quam extendere. Attende, popule mi, inquit Jehova, nam lex a me exibit et judicium meum extendam in lucem populorum, ad populos edocendos; ich will mein Gesetz ausstrecken, proprie machen, dass es angestreckt werde, zur Erleuchtung der Völker, ut fax de summo porrigitur, quo lucem vel nautis vel viatoribus per tenebras praebeat.

4) einen Augenblick zubringen. Num hoc omnino designet et valeat, nescio; id tamen

certum est, locis allatis non bene hanc vim convenire, saltem longe praeferendam esse vim extendendi. Jer. 49, 19. 50, 44. sententia haec est: veniet vastator, sicut Leo, כִּי־אַרְגִּיעָה אֲרִיצֶנּוּ, quae verba vertuntur: denn augenblicklich will ich ihn laufen lassen vel: ich will ihm winken. Sin autem vim tenemus extendendi, haec erit sententia: ich will ihn sich ausstrecken und laufen lassen, quod quidem de cursu concitatissimo intelligendum, ut leo, quantumcunquem cursum equorum nos vocamus Carrière. Sicque possit, pedes totumque corpus extendat; Jl. 16, 834. Ὠκέες ἵπποι ποσσὶν ὀρωρέχαται πολεμίζειν etc., atque ita sexcenties. Pari modo Proverb. 12, 19. stabile erit in aeternum labium hominis veracis, וְעַד־אַרְגִּיעָה et in aeternum ut jaceat, faciam, lingua mendacii. כּוֹן et רֶגַע hoc loco invicem sibi sunt opposita.

רֶגַע, si eodem verbo nostro vis exprimere, est Ruck, mit einem Rucke, so wie man eine Momentum. Hand ausstreckt. רֶגַע igitur momentum, movimentum a movendo. Locus de momento in lexicis Latinis eo conturbatus et perplexus est, quod lexicographi voluerunt, momentum esse primum et proprie rem, quae detrudat trutinae lancem, cui sit imposita, eine Sache, welche auf der Wage den Ausschlag gibt. Ad hanc definitionem cum reliquas vocabuli potestates adjungerent, et a parte totum pendere crederent, rem confundere illos oportuit. Enimvero momentum nihil aliud est, atque alia nomina in hunc modum desinentia, ut incitamentum, ornamentum etc. scilicet Bewegung. Rei vero cujuslibet momentum duplex est, ut vel aliam rem moveat, ut res lanci imposita, vel ipsa moveatur; interdum est spatium, quod res, quae movetur, emetitur; interdum locus, unde res moveri incipit. Momentum temporis est simpliciter Bewegung der Zeit, momentum horae Verlauf einer Stunde

Cum mos percrebruit, temporis motionem artificiose metiendi, momentum erat modus minimus, quo illam metiri solebant, Minute, Augenblick. Alia similis significationis verba pauca afferre licitum sit. A ῥέπω, ῥοπὴ, ῥιπὴ, ῥίπτω, quae communi inter se cohaerent radice, et celerem et violentum motum indicant, ut ῥέπε δ᾽ αἴσιμον ἦμαρ Ἀχαιῶν, es stiess nieder, Lat. repens, repente, repentinus ducendum est. פֶּתַע et פִּתְאֹם cohaerent sine dubio cum פָּתַת battre; batten apud Germ. ant.; badda, Suec.; battuo, Lat.; πατάσσω, פַּטִּישׁ, malleus; cogn. פָּתַל ἀεθλ, ἀθλ|εύω Angl. to battle, bataille vid. Adel. Simile significat Francorum coup et Angl. blow, tout-à-coup, ut nos, auf den Plotz, plötzlich. Subito est a subeundo, einen beschleichen, überraschen. Repens. פִּתְאֹם Subito.

Extemplo, templum locus est generatim, idem igitur valet extemplo, atque illico, auf der Stelle, in loco; e vestigio et confestim a pes, p mutato in f, et ϛίζω, ϛίγω, pes - stigo, stechen, stacpen, nos Fuss-Stapfen, ϛείβειν, ϛέμβειν, stampen, ϛέμφειν stampfen, ϛόφος, ϛόμφος Stopfen; statim a stare, idem valet: auf der Stelle, gleich stehend etc. Gr. ἐξαπίνης, ἐξαίφνης, ἄφνως αἴφνως, etc. falso a φαίνω et α privat. ducunt. nam ita jungi verba insolens est; malim deducere ab ἀπήνη, אוֹפַן rota, forsitan mit des Rades Umschwung, ut nos blitzschnell, pfeilschnell; in rota sese circumagente celeritati adjuncta est inopinata appropinquatio. Proverb. 25, 11. עַל־אָפְנָיו in tempore, proprie in rotis suis. At satis commoratis in Hebraeis liceat transgredi ad Graeca. Extemplo. E vestigio. Ἐξαπίνης etc. Proverb. 25, 11.

G r a e c a.

Omnes, qui Graece sciunt, fateantur necesse est, nostram hujus linguae aeque atque Hebraeae notitiam mancam, dubiam et valde obscuram esse, praecipueque nonnullarum vocum vim nativam et propriam tam reconditam esse et inventu difficilem, ut quid singulis illae locis sibi velint, conjectura quidem assequi saepenumero liceat, rarissime autem earundem naturam perspicere et ex hac natura perspecta locos recte interpretari et illustrare contingat. Quare ridiculum saepenumero mihi videtur, quando criticos de particulae difficilioris vi et usu, quem hoc alterove loco habeat, disceptare video, cum, quid omnino illa particula proprie significet, plane ignoretur. Neque minus in eo consentiunt viri literarum Graecarum periti, parum veteres grammaticos et interpretes linguae Graecae esse auxiliatos, quippe qui ipsi recta et subtili scientia caruerint, atque in tricis et nugis nimium sint commorati. Quare non solum utile erit, huic linguae aliis linguis conferendis lumen afferre, verum pernecessarium, ni volumus in errore et tenebris perseverare. Ne tamen in arrogantiae et temeritatis reprehensionem incurram, quo nihil magis extimesco, exemplis nonnullis sententiam meam illustrare et confirmare breviter studebo.

Quocirca, cum virorum doctorum judicio nullus linguae Graecae locus tam peplexus et tantopere sententiarum varietate et dissensione vexatus et conturbatus sit, quam locus de particulis, quae vulgo vocantur; plurimum in re mea me profecisse existima-

bo, si unam earum, eamque perdifficilem ita explicuero, ut ejus origo manifesto ostendatur, vis propria et ingenita diuque abscondita in lucem prodeat, et qui antea usus multiplex, vagus et ambiguus fuerit, simplex, constans et certus exhibeatur et constituatur. Quam quidem ad rem aptissimam esse credo particulam

Ἄρα.

Ἄρα, ἄρ', ῥα, si prima producitur, *ἆρα,* etiam, cum non est in interrogatione. Quae tandem est hujus particulae vis propria et primaria, ad quam reliquae ejus significationes apte referantur? Operam dedi, ut, quae antiquiores et recentiores nonnulli de hac particula scripserunt, colligerem et inter se conferrem, quo ad ejus fontem et caput liceret pervenire, verum operam perdidi.

Nulla sane alia videtur esse particula, cujus aliquam vim huic uni non attribuant; ut locus quisque desiderat, excogitant aliquam ejus potestatem, atque ad locorum sententiam student accommodare; plerique autem, quamvis multi et verbosi fuerint in multiplici hujus particulae vi atque usu definiendo, se ignorare, quid ubique valeat, postremo ingenue fatentur, nec posse alio quopiam aliarum linguarum vocabulo exprimi, immo supervacaneam saepissime esse, praecipue apud Homerum, neque ullam ejus vim quaerendam esse, obtinent. Nihilominus tamen Homerus fons est purissimus, unde simplices et naturales verborum Graecorum notiones hauriamus. Multis autem de hac particula aliter visum; nam ex artificiosa quadam Platonis conclusione assequi voluerunt, quae vis hujus vocis propria fuerit in lingua vetusta, nuda et simplici. Horum virorum, licet error evidens sit, valuit tamen auctoritas, ut eo permoti plerique particulae *ἄρα* vim primam esse vel conclusivam, ut sit a l s o, f o l g l i c h, vel transitivam, ut sit n a c h h e r, d a r a u f, esse

existiment; in quo errore firmavit eos, quod ἄρα ab ἄρω factum putabant. Homerum autem adeant, qui ita censent, apud quem hujus particulae usus est frequentissimus, et videbunt, quam parum haec definitio ad locos, in quibus vox ἄρα legitur, possit admitti. Omnino, qui sensu poetico non plane destituti sunt, fateantur, necesse est, particulas: nachher, also, folglich poetico vigori, vel ut veteribus placuit, furori, minime esse consentaneas, multumque languere et frigere carmina, his particulis referta et cumulata. Num Virgilius saepe utitur particulis: postea, deinde, ergo, igitur; num nostri: also, daher, nachher, darauf? Quid autem, Homerum credamus his particulis a poetico ardore alienissimis frequentissime uti, Homerum, — — qui nil molitur inepte,

Semper ad eventum festinat, et in medias res
Non secus, ac notas, auditorem rapit?

qui non narrat, quemadmodum res gestae sint et quo ordine, sed qui omnia ante oculos ponit, qui in conspectu nostro res geri et accidere facit, cujus non sumus lectores vel auditores, sed testes et spectatores? Verum enim vero talis cum sit Homerus, mirum est, eum carere particula, eximiae alacritatis poetis usitata ac pernecessaria, videlicet hujusmodi aliqua, quae auditores attentos reddat ad res, quae agantur. Hebraei saepissime narrationem distinguunt particulis הֵן et הִנֵּה, en, ecce, neque minus utitur Virgilius en et ecce; omnino, quin epici poetae et oratores particulis, hominum oculos vel aures ad res agendas et actas advertentibus, saepius utantur, fieri non posse existimo.

Accedit, ut lingua quaelibet infans, ut ita dicam, ejusmodi particulis abundet.

Qui fit igitur, ut aut numquam aut perraro apud Homerum inveniamus ἰδὲ et ὅρα. Porro hae particulae, quae alios attentos reddant, conjunguntur in aliis linguis cum demonstrativis, vel adverbiis, vel pronominibus, ut apud Hebraeos הֵן, הִנְנִי, ecce me, הִנּוֹ,

eccum, unde ortum hicce etc. me voici, me voilà; quare ex his particulis adverbia loci demonstrativa orta sunt, הֵנָּה hier, hieher. Chald. הָא, הֵא, הֵי en, ecce; הָאי־הָא hic. Quod quidem mirum videri non debet; nam perinde est, ecce me! vertere, hier bin ich! ac si reddas, siehe mich! Quid autem, quod lingua Graeca careat hoc etiam adverbio loci, quod locum proximum ante nos designet; quid quod careat voce, nostro adverbio hier respondente? Ἔνθα enim junctum est ex ἐν et θα, et significat da; ἐκεῖ dort, κεῖν|ος, κῆν|ος jen|er, ken|er. Linguaene locupletissimae deesse atque inde ab omni tempore defuisse statuamus particulam ita necessariam? Minime id quidem est probabile, sed praecidamus brevi, ἄρα est illa vox, quam desideramus, ἄρα est siehe et hier, et locum vel tempus praesens et situm ante oculos demonstrat. Lege Homerum, et judica, enumquam supervacanea sit haec particula, si velis vertere: siehe vel hier. Od. 106: Εὗρεν ἄρα μνηστῆρας etc., hier fand sie die übermüthigen Freier, vel, siehe, sie fand etc. Saepissime copulatur cum demonstrativis; Ὣς ἄρα φωνήσας, siehe, da er so gesprochen hatte. Ὣς ἔφατ', οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ, so sprach er, diese hier aber wurden ganz still, vel, siehe diese etc. At quid opus est exemplis, quae, si quis velit adire Homerum, creberrima ultro sese legenti offerent? Multa equidem adhibui ad sententiam meam pensandam et probandam, quae hic congerere molestum erit. Neque tamen, si censemus, ἄρα per siehe et hier reddendum esse, ita hoc dictum arbitrator, ut nulla alia linguae nostrae particula possit exprimi. Saepe vertere commodum erit so, quod ortum puto ex seh, sieh; vel pro hier interdum praestabit dicere: da, daher; quamquam prima vocis notio, si velis adhibere, ad omnes locos quadrabit. Ita sua manet particulae illi vis in conclusionibus; nam attentum facit

auditorem ad ea, quae necessario consequantur, necesse sit, si concesserit praemissa. 1 Corinth. Cap. XV, 14: *Εἰ δ' ἀνάςασις νεκρῶν οὐκ ἔςιν, οὐδὲ Χριςὸς ἐγήγερται. εἰ δὲ Χριςὸς οὐκ ἐγήγερται, κενὸν ἄρα τὸ κήρυγμα ἡμῶν* etc. Ist Christus nicht auferstanden, so ist unsere Predigt umsonst. Vel quia tota sententia in duas partes divisa est, in pronuntiationem antecedentem et consequentem, quarum priorem illam, posteriorem hanc vocamus; particula *ἄρα* servat vim suam et recte vertitur hier. Ist jenes dort nicht (Christus nicht auferstanden); so ist dieses hier, nämlich eure Predigt ohne Nutzen. Saepe in conclusione licet pro hier usurpare da, daher, quae cum pariter adverbia loci sint demonstrativa, facile cum hier commutantur. *Εἰ γάρ εἰσι βωμοὶ, εἰσιν ἄρα καὶ θεοί. ἀλλὰ μὴν εἰσι βωμοὶ, εἰσιν ἄρα καὶ θεοί.* Es gibt nun aber Altäre, daher gibt es auch Götter; siehe so gibt es auch Götter. Ut vero magis pateat, vera esse et rata, quae dixerim de hac voce; ad locos nonnullos illustrandos, quam dedi vocis definitionem, adhibebo; ac ne de industria locos illos tantummodo delegisse videar, quae sententiae meae faveant, ex Xenophontis disciplina Cyri, qui liber fortuito in manibus est, locos illos, quos in indice Schneiderus notavit, afferam et explicabo. Cyrop. IV, 6, 4: *ἄρ' οὗτος* est hicce, ecce hic! Ibidem: *Ἄρα βέβληκα μιᾷ δὶς ἐφεξῆς*, ecce, bis percussi uno ictu! I, 3, 2: *Ἐρωτώσης τῆς μητρὸς τὸν Κῦρον, πότερος δοκεῖ καλλίων αὐτῷ εἶναι, ὁ πατὴρ, ἢ οὗτος; ἀπεκρίνατο ἄρα ὁ Κῦρος*, da, hier, siehe, da antwortete Cyrus. Similiter VIII, 4, 7, cum coenassent et Cyrus de mensa omnia, quae multa erant, dimisisset; *εἶπεν ἄρα ὁ Γωβρύας*, siehe, da sprach; da, so sprach Gobryas. I, 3, 8. Cyrus puer carnes distribuerat

inter Astyagis ministros, ut dona et beneficia accepta remuneraretur, Sacae nihil dederat. Quare Astyages, Sacae autem, inquit, nihil donas, pocillatori meo, quem plurimi facio? *Ὁ δὲ Σάκας ἄρα καλός τε ὢν ἐτύγχανεν*, ecce, hic Sacas erat perquam venustus, sive, hicce autem Sacas. I, 4, 11. *Παῖδες ὡς ἄρα ἐφλυαροῦμεν!* O pueri, quam hic nugati sumus, feras in vivario venantes! sive, ecce, quam! etc. VIII, 5, 40. *Ἆρα, ἔφη, ὦ ἄνδρες, νῦν μὲν καιρὸς διαλυθῆναι.* Ecce! nunc tempus est, viri, discedendi; sive, nunc ipsum, hoc ipso temporis momento. VIII, 3, 25: Cum commemorasset antea multos, qui in ludo equestri victores fuerant, ita pergit: *Σακῶν δὲ ἰδιώτης ἀνὴρ ἀπέλιπεν ἄρα τῷ ἵππῳ τοὺς ἄλλους ἵππους ἐγγὺς ἡμίσει τοῦ δρόμου*, Sacarum vero vir privatus, ecce! cum equo suo reliquos equos dimidia curriculi parte post se reliquit. VII, 2, 9. Cyrus secum duxit Croesum, *εἴτ᾽ ἄρα καὶ χρήσιμόν τε νομίζων εἶναι αὐτὸν, εἴτε καὶ ἀσφαλέστερον οὕτως ἡγούμενος*, sive hic (ita, sic) utilem sibi fore credebat etc. Verum haec sufficiant, trangredior ad

Ἆρα interrogativum.

Particula interrogativa a priore plane diversa esse falso putatur, cum utraque una eademque sit. Nihil enim refert, *ἆρα*, quod interrogationi inservit, primam habere flexam; semper enim tum prima flectitur, cum vox pondus habet, etiamsi non interroget, ut jam supra commemoravi, quia vero in interrogando haec particula maximi est ponderis, primam semper habeat flexam, necesse est.

Quae autem potestas est hujus vocis in interrogatione? Nulla alia, nisi, quam ei alioquin propriam esse docuimus, scilicet: S i e h e, h i e r, n u n etc.

Quod priusquam probare studeam, pauca de particulis interrogantibus et Graecis et Latinis videntur esse praemittenda, de quibus inter viros doctos falsae,

ut mihi quidem videtur, obtinent opiniones. Vulgo enim illae particulae nullam certam et propriam per se vim habere creduntur, nec perfecte ullo recentiorum linguarum vocabulo posse exprimi, sed interrogationes modo introducere, quoniam veteres sententias interrogantes ab affirmantibus aegre potuerint destinguere, quod facile fiat in linguis recentioribus per mutatum verborum ordinem, sicuti: Du hast, hast du? Quare fere idem illas particulas valeredicunt, ac nostrum signum interrogationis. Patet id quidem, veteres linguas crebrius opus habuisse particulis, quae animos audientium sive legentium attentos redderent ad ea, quae interrogarentur; sed tamen, cum et Graeci et Romani sine illis particulis saepissime interrogent, peculiarem quandam iis potestatem attribuendam esse, certissimum est. Atque illarum vis nulla alia est, quam excitandi animos audientium; nulla alia, quam quae in nostris interrogandi particulis inest; nam nos quoque praemittimus interrogationibus: Siehe doch einmahl, höre, nun, was, wie, was denn, wie denn, meinst du, was sagst du? etc. Latine quid? quomodo? An credis nihil ista valere, si absolute in interrogationum initio sint posita? Opus esse hujuscemodi vocibus, inde apparet, quod alios saepe vellicando et pulsando ad ea, quae interrogaturi sumus, audienda excitamus.

Quae cum ita sint, nemini erit dubium, quin optimo jure potestatem sibi suam hic vox ἆρα vindicet, et idem valeat, quod Lat. en et nostrum siehe einmahl! Quod, haud scio, an hac re potissimum probetur, quia Romani pariter en, et ec praemittunt interrogationibus, quae particulae ibi quoque suam vim retinent et significant, siehe! En, cui liberos tuos committas, siehe! wem magst du noch deine Kinder anvertrauen wollen? En umquam creditis, fando auditum esse? Seht, glaubt ihr wohl, dass es jemals erhört worden sey? Eadem

En, ec in interrogatione.

est ratio vocis ec ab ecce, quae vox, nescio cur, cum pronominibus et adverbiis indefinitis in unum coaluit, quamquam aeque vertenda est: siehe! neque, ut fit a plerisque, silentio praetermittenda est. Cicero Verri: ecquando te rationem redditurum putasti, siehe! nos: höre! hast du wohl jemals geglaubt, dass du Rechnung ablegen müsstest? Ecquando unam urbem habere licebit, Liv. Seht! nos: hört! wird es wohl je vergönnt seyn, eine durch Einigkeit verbundene Stadt zu haben? Ecquandone nihil omnino habet difficultatis, nam est, seht, wann denn? etc.

Pari modo ecquis et ecqui frequentissime usurpatur. Cic. in Verr. 4, 8: ecqui pudor, ecqua religio, ecqui metus? Seht, ist denn noch die geringste Scham, der geringste Glaube, die geringste Furcht da? Ecquae seditio umquam fuit, in qua non ille princeps? Seht, hat es jemals einen Aufstand gegeben, worin jener nicht der Rädelsführer gewesen wäre? Ecquis me hodie vivit fortunatior? Ter. Eun. 5, 8. Seht, gibt es wohl etc. Ecquid est? seht, ist etwa, ist wohl; seht, ob etwa. Ecquid ago precibus? Ovid: Her. 15, 207. Seht, richte ich etwa durch Bitten etwas aus? Ecquid sentitis, in quanto contemtu vivatis? Liv. 4, 3. Seht! merkt ihr wohl, in welcher Verachtung ihr lebt? Ecquid in Italiam venturi sitis hac hieme, fac plane sciam, siehe, solltet ihr etwa nach Italien kommen wollen, so benachrichtigt mich davon. Cic. ad Att. 2, 2. Sed heus tu, ecquid vides Calendas venire, Antonium non venire? Aber höre, siehe, merkst du wohl, dass etc. Cicero, ita inter spem metumque valde suspensus, cumulat particulas interrogativas.

Cum semel inciderimus in quaestionem de parti-

culis interrogativis, liceat de vocibus num, ne, an pauca addere.

Num. Num videtur esse idem, quod nunc, sicut etiamnum pro etiamnunc in usu est; ac quia nunc respondet voci tunc et tum, verisimile est, num aeque ac nunc olim in usu fuisse, ita saepe usurpatur nuncubi pro num alicubi; praeterea num propius est Graeco νῦν et nostro nun. Ac veluti nos interrogationes saepe incipimus per particulam nun, sic Romani quoque saepissime hac voce interrogantes utebantur. Num quid novi? Nun, gibt es etwas Neues?

Paucis hanc rem exemplis illustrabo.

Num quid vis? discedentes solebant dicere, nun, willst du noch etwas? Terent. Num cogitat, quae dicat? num facti piget? num ejus color pudoris signum usquam indicat? Nun, bedenkt er wohl, was er sagt? bereut er nun wohl seine That etc. Cic. de divin. 1, 14. Dixerat in praecedentibus, artem ideo non tolli, quod interdum fallat, et hanc rem exemplis illustraverat. Ad haec respiciens ita pergit: Num igitur tot clarissimorum ducum regumque naufragium sustulit artem gubernandi, hat nun wohl der Schiffbruch so vieler Führer und Könige die Kunst des Steuerns aufgehoben?

In Verr. Act. III, 52. se testimoniis satis probasse, ait Cicero, populatam et vexatam a Verre esse provinciam. Quid vultis amplius? pergit, num exspectatis, dum L. Metellus is, qui etc., absens testimonium dicat? Was wollt ihr mehr. Nun, wollt ihr noch warten, bis Metellus etc. Virg. Aen. 4, 268. Dido de Aeneae perfidia conquerens:

Nam quid dissimulo? aut quae me ad majora reservo?

Nam fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?

Verba sunt reprobantis animum dubitantem et admi-

tiora paullo inclinantem. Colligit igitur omnia necis sibi inferendae momenta in hoc unum: Nun, (sagt mir) wurde er gerührt und seufzte er bei meinen Thränen? etc. Hor. Sat. II. 5, 58. Num furis? Nun, bist du toll? Numnam, nun denn. Ter. Eun. II. 2, 55. numnam hic relictus custos? Nun, bist du denn hier als Wächter zurückgelassen? Numnam saepe pro interrogatione sumitur, ubi non est. Eun. V, 4, 25. Quae illaec turba est? numnam ego perii, nun denn, ich bin verloren. Andr. III, 4, 12. Hem, numnam periimus, nun denn, so sind wir verloren. Heaut. III. 2, 6. Perii, numnam haec audivit, denn nun, jetzt, hat er es wohl gehört; atque ita saepius num pro interrogativo habetur, ubi minime est. Numne, nun denn. Quid, Deum ipsum numne vidisti? wie, Gott selbst, nun hast du ihn denn gesehen? De nat. Deor. 1, 31. Quid? solis numquidnam, aut lunae aut quinque errantium stellarum simile vidisti? Wie, hast du denn nun wohl Etwas der Sonne Aehnliches gesehn? etc. Idem valet num in interrogationibus indirectis. Liv. 7, 25. Triumphus a Popillio de Gallis actus est magno favore plebis: mussitantesque inter se rogitabant, num quem plebeii consulis poeniteret, ob es denn nun jemand gereue, einen Plebejer zum Consul gemacht zu haben? Num semper provocare videtur ad aliquid, quod antecessit.

Ne interrogativum

Ne ortum videtur ex nam, et cognatum esse cum nae, neque aliud quidquam significare, quam conjunctio nam. Literam m parum pronuntiatione fuisse expressam in vocabulorum exitu, jam supra dixi, quare facile nam potuit transire in ne. Putaresne, umquam accidere posse, ut mihi verba deessent? Cic. ad fam. 2, 11.: Könntest du denn wirklich glauben, dass etc.? 2, 4. Jocerne tecum per

literas? Soll ich denn mit dir in Briefen scherzen? Ubi aut qualis est tua mens, potesne dicere? Kannst du es denn sagen? Tusc. 1, 67.: mundum, praeter hunc, umquamne vidisti? Hast du denn je eine Welt ausser dieser gesehen? Nonne igitur est, denn nicht. Nos saepe reddimus particulam interrog. nonne per Gelte, quod idem, ac: nicht wahr? Nonne poetae post mortem nobilitari volunt? Wollen denn die Dichter nicht nach dem Tode berühmt werden? Nonne vides? Siehst du denn nicht? Itane credis? Glaubst du denn diess? In nostrane est potestate, quid meminerimus? Ist es denn in unsrer Gewalt, woran wir uns wollen erinnern? Quare neminem offendet numne, nun denn, anne etc. Tamenne haec attenta vita et rusticana, relegatio atque amandatio apellabitur? Und denn doch soll dieses ländliche und beschäftigte Leben eine Verweisung heissen? Quiane Aen. 5, 538. weil denn, weil nämlich, pro nempe, scilicet; nämlich deswegen, weil.

Quare videmus, uterne, quone, quine commode dici posse, ita ut neutra vox vim suam amittat aut sit supervacanea. Hor. Satir. Lib. II. 2, 107. Uterne ad casus dubios fidet sibi certius? Welcher von beiden denn? Ibid. 295. Quone malo, durch welchesUebel denn? 315, quantane, wie gross denn? von dem Frosche; ceterum nam, nempe, nämlich; namely Angl.; nämligen Suec. ejusdem sunt stirpis.

An An profectum esse censeo ex ain', meinst du? quo factum est, ut sententiam reddat dubiam, atque ut in altera interrogationis parte ponatur. Errant, qui semper oder significare autument, etiam in simplici interrogatione, in qua ut hanc potestatem illi vindicent, aliam interrogationem volunt animo

concipiendam et praemittendam, ut an semper vertatur oder. Sed haec reservatio quaedam quae dicitur mentalis est, omnibus enim interrogationibus aliquam contrariam et prorsus repugnantem licet opponere et praeponere. Minime an, si ortum ejus respicimus, est per se oder, sed melius fortasse vertitur wohl, etwa etc. An civem ab hoste natura ac loco, non animo factisque distinguis? Meinst du, denkst du, du wolltest unterscheiden etc.? Cogita tecum, an, quibuscunque debuisti, gratiam retuleris? Bedenke bei dir selbst, meinst du, denkst du, du habest denen vergolten? In duplici interrogatione: Utrum ignorant dii, quae res maximae sint; an vim non habent, qua tantas res sustineant et gerant? Wissen die Götter nicht etc., denkst du aber, meinst du aber, sie haben die Gewalt nicht etc.?

Id quidem nolo, ut semper reddi possit an, meinst du, sagst du, sed originem inde et vim suam traxisse ajo. Thuringi utuntur similiter voce aliqua, quamquam non in interrogatione, quae sententiam ab alius pendere vel voluntate vel auctoritate facit, haec vox est meich, quae ex mein ich, est contracta; ita tamen adhibent, ut non semper vocis origo appareat.

Caret ceterum lingua Latina peculiari particula ad interrogationes indirectas, nam, ut Graeci habent εἰ, nos ob, ita raro Romani adhibent conjunctionem si, ut Graecos imitentur; at per conjunctivum ejusmodi interrogationes efficiunt. Dubito, num idem tibi suadere, quod mihi debeam, nun, sollte ich dir wohl dasselbe rathen, als mir? ich zweifle. Omnino hae interrogationes indirectae posteriorem eamque cultiorem aetatem redolent; ab initio enim omnes interrogationes erant directae, et facillime possunt directae in indirectas verti, ut particularum interrogantium vim peculiarem cognoscas. At post

tam longam digressionem revertor ad ἆρα, cujus potestatem in interrogando jam supra vidimus, quam ut paucissimis exemplis illustremus, superest. Plat. Euthyphr. p. 10. Ἆρα κατάδηλον, ὦ Εὐθύφρον, ὃ βούλομαι λέγειν? Sieh! ist dir es deutlich, was ich sagen will? Ist dir es hier, ist dir es nun deutlich?

Aristoph. Nub. 1305. φεύγεις; ἔμελλον ἆρα κινήσειν σ'ἐγώ; Gehst du gleich; siehe! soll ich dich hinauswerfen? Ut jam supra feci, iterum ex indice Cyropaediae Schneiderianae exempla aliquot promam. Cyrop. II, 2, 18. Chrysantas dixerat, iniquum sibi videri, fortes proinde atque imbelles honestari. Cyrus huic: Ἆρ' οὖν, inquit, κράτιστον ἡμῖν ἐμβαλεῖν περὶ τούτου βουλὴν εἰς τὸ στράτευμα; Seht also, ist es nicht das Beste für uns, die Entscheidung darüber dem Heere zu übertragen? IV, 3, 8. Cyrus, quam necessarius Persicus sit equitatus, demonstraverat, addit denique: Ἆρ' οὖν σκεψώμεθα, εἰ βουλοίμεθα, καθιστάναι ἱππικὸν, τί ἡμῖν ὑπάρχει, καὶ τίνος ἐνδεῖ; Seht nun, wollen wir nicht erwägen, um uns eine Reiterei zu schaffen, was wir dazu haben, und was uns fehlt? II, 2, 1. Cyrus lepidos atque incitantes ad vertutem sermones in commissationibus serendos solebat curare; aliquando in hunc sermonem incidit: Ἆράγε, ὦ ἄνδρες, ἐνδεέστεροί τι ἡμῶν διὰ τοῦτο φαίνονται οἱ ἑταῖροι, ὅτι οὐ πεπαίδευνται τὸν αὐτὸν τρόπον ἡμῖν; Seht, scheinen euch die Freunde hinter uns zurückzustehen, weil sie nicht gleiche Erziehung mit uns genossen haben? III, 3, 52. Ἆρ' οὐκ πρῶτον μὲν νόμους ὑπάρξαι δεῖ τοιούτους; Siehe, müssen nicht zuerst Gesetze seyn, wenn nämlich die Menschen zur Tugend sollen angeleitet werden?

῎Αφαρ junctum videtur ex *ἀπό* et *ἄρα* et si- *῎Αφαρ.*
gnificat von hier, schnell, sofort.

῏Η cognatum est cum אִי et הֲ interrogativo; אֵיפֹה *ἤπου*, *ἤπω*, אֵיךְ, אֵיכָה *ἦγε*, sed hanc particulam *ἤ* in praesens omitto. Id unum restat, ut ex linguarum comparatione demonstrem, *ἄρα* revera esse siehe et hier. Simillima jam primum esse *ἄρα* et chald. אֲרוּ ecce! רָאָה videre et Graecum *ὁρᾶν*, cujus radix forsitan fuit *ῥᾶν*, nemo infitias ibit. Patet ex eo simul, cur *ἄρα* et *ῥά* promiscue usurpetur. Ab *ὁρᾶν* venisse *ἀρι* hell, deutlich, ver|um et nostrum wahr, uuar|in, Notk. gewahren, i. e. videre, non difficile est probatu. Ceterum hiar, Kero; hear, Isidor; her, Ulph.; here, Angl. quam propinqua Graeco *ἄρα*, *ἄρ!* Cognatum cum his videtur harren, *ἀθρ|εῖν*, הָדַר; הָדַר igitur erit suspicere, prospicere. הָדַר

Jes. 63. הָדוּר בִּלְבוּשׁוֹ esset suspiciendus, conspicuus veste. הָדַר tumuit, Jes. 45, 2. הֲדוּרִים loca conspicua, eminentia. Liceat alia quoque sentiendi verba afferre eorumque per alias linguas propagationem ostendere. Ac primum quis non agnossit in עַיִן *αὐγήν* et nostrum Auge? Jes. 63. c. Jes. 45, 2.

Cognata sunt יָד|ע, *εἴδ|ω*, *οἶδ|α*, vid|ere; Suec. weta; Ulph. vit|an; Angl. weet; ut ex יַיִן *οἶνος*, vinum, Wein. יָדַע transiit etiam in *αἰδέομαι*, höden, apud Sax. infer.; huotan, Ulph.; חוּשׁ, praeterit: חָשׁ est *αἰσθ|έσθαι*, at חוּשׁ I. Ges. est *ἄσσω*, *ἀΐσσω*, hater, hasten; חוּת idem *ἄττω*, *ἀΐττω*. בָּלַג, *βλέπειν*, blicken, einen blitzenden Schein von sich geben, blitzen; pleckazzan, antique. Amos 5, 9: הַמַּבְלִיג שֹׁד עַל־עָז, über Mächtige lässt er Verheerung blitzen. Ps. 39, 14 הָשַׁע מִמֶּנִּי וְאַבְלִיגָה, sieh weg von mir, und ich werde wieder aufblicken. שָׁעָה, *σκοπεῖν*, schauen, scouuon apud veteres, חָשַׁב per metathesin, ejusdem est radicis. שָׁזַף spec|io, spec|ulor, species, spähen. בָּלַג Amos 5, 9. Psalm. 39, 14.

הכה ἄγ|αμαι; ahj an, ahg|an. Goth.; achten, nach jemand sehen. חכה, Suec. kika; gucken. חכם Einsicht haben, simili translatione, qua Spahe, a spähen, pro sapiente est, et Spahii, Spahida, Spehi pro sapientia; forsitan σοφός quoque pro σκοφός, σαφής pro σκαφής a σκοπεῖν et σκέπτεσθαι. חזה, gaze Angl., ἀγάζ|ομαι; idem est חזה in somno videre; augustus videtur ab ἀγαςός, quod a verbo ἄγαμαι. הגה ἡγ|έομαι, hug|en apud majores nostros, denken und sprechen, ut ἡγεῖσθαι, διηγ|εῖσθαι, ducere et dicere significat.

חוס חוס saepissime sociatum cum עין, sequente praep. על, nihil aliud est, quam sehen auf etwas, schonend, mitleidig, unwillig etc., et cum verbo praecedente חזה unum videtur esse. Quam subtilis et artificiosa hujus verbi sit explicatio, vid. Ges. in hoc verbo, qui tamen hanc interpretationis subtilitatem jure rejicit. Hic non possum praetermittere verbum חרד, Gr. ὀῤῥωδ|εῖν, Jon. ἀῤῥωδ|εῖν, forraht|en, antiq. fürchten. Spurcissimam sane verbi ὀῤῥωδ|εῖν Lexica definitionem exhibent, cum ab ὄῤῥος placeat iis deducere, quae autem vox Germanica respondeat voci ὄῤῥος, non opus est dicere. חזה, θεάω, θαυμάζω, θεάομαι, Aeol. σεάομαι, unde nostrum sehen. קוה, קוה, to gape (exspecto) gaffen, verum ab ὄπω hoffen, to hope, איב forsitan Seher und Gesicht.

Ὀῤῥωδεῖν.

Sic alia sensuum verba in pluribus linguis sunt simillima.

ריח riechen; אזן οὖς, ausis in lingua Lat. vetere, auso Goth., pronuntia oso; auris Ohr; au videtur apud Romanos pronuntiatum esse o, ut ex aut oder et aliis apparet. שמע videtur transisse in ἐπί|ςαμαι, cujus simplex forsitan fuit ςαμαι. Verae originis obliti ad nota verba formabant et flectebant; sic verstehen ex Graeco ἐπίςαμαι ortum videtur, neque cum stehen quidquam habet commune. Simili

Ἐπίςαμαι

Verstehen.

Gefallen.

modo gefallen ex Graeco φιλεῖν fluxit, plane diversum a fallen, בְּ|פַל. Sed haec hactenus, ne lectori satietatem afferam.

Ἀτενής, ἀτενίζω

Lexicographi fere omnes ab α intensivo et verbo τείνω ducunt, ut sit valde intentus, deinde beharrlich, eifrig, hitzig. Omnino de α intensivo dubito, at privativum oritur ab אַיִן, אֵין, ἀν, ἄνολβος; Lat. in; apud nos un. Ab אַיִן est עֲנִי, עָנִי, hülflos, ἄνευ, sine, ohne; Kero ano; Jsidor anoh; Ulph. inuh. אֵין stat. constr. אוֹן Nichtigkeit, Leerheit; ὄνομαι, höhnen, nichtig, schlecht machen cum אוֹן sunt cognata; verum ab אוֹן, הוֹן est ὄν|ημι, hon|or, on'us. Similiter ab עֵירֹם est ἔρημος, arm, Kero aram, erbarmen, igitur misereri. עָרֹם et Ἑρμῆς (astutus, callidus) ejusdem videtur esse stirpis; ab עֲרֵמָה est autem ἕρμα, ἕρμακες. Verum post hanc inutilem forsitan de α privativo digressionem revertor ad ἀτενής, quae vox sine dubio profecta est ab אֵיתָן, i. e. perennis, continuus, proprie de fontibus vivis et perennibus, saepe est etiam fortis, firmus. Ἀτενίζειν igitur erit starr, unverwandt, ansehen. Inde Ἀθήνη nomen traxit, ut sit perpetua, vel valida firma. Πάλλας Ἀθήνη regina valida, potens α בַּעַל, βαλήν, König, Aeschyl. Ἀτενὲς ἀπ' ἠοῦς est continuo ab aurora, ἀπ' οἴκων continuo domo, stracks von Hause, gerades Wegs.

Ἀ privativum.

Ἄνευ, ano Kero.

עֵירֹם, aram, arm.

Ἑρμῆς

Ἀθήνη. Πάλλας.

Ἀδινός

plane diversum ab antecedente, congruit cum Hebr. עָדִין weichlich, עֵדֶן Wollust, Vergnügen, ἡδονή; עָדַן wohlleben, ἔδομαι, ἐσθίω, edo; apud nos eten, itan, etan, aeta, to eat; et ἁνδάνω, ἁδεῖν, satis, satio, satt, sättigen, soet, ἡδύς, sweet, suavis, suazzi, Kero, Süssigkeit; haec omnia ex uno fonte emanarunt, ex voluptate edendi.

ע transiit in ח, חָדָה, γήδω, gaudeo, getzen, ergetzen, gaden Holl. gefallen.

Buttmannus, cujus apud me plurimum valet auctoritas et veram vocabulorum vim indagandi ratio, confundit ἀδινός cum ἀδρός, verum ἀδρὸς longe alius est stirpis; אַדִּיר est sehr gross, mächtig, 2) vornehm, 3) herrlich, majestätisch; quare diversa plane vi sunt ἀδινός et ἀδρός. אָדַר et quae verba similiter sonant, significant proprie latum, distentum esse; αἰθήρ, aether idem quod רָקִיעַ, das Augebreitete, Himmelszelt. Ἀδινὸς, si radicem ejus respicimus, plerumque longe aliter est vertendum, atque a Lexicis praescribitur. Od. 1, 92; 4, 320.

Μῆλ' ἀδινὰ σφάζουσι καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς.

Vix credibile est, ἀδινά hic esse numerosas oves, immo requiritur adjectivum, quod naturam et indolem vel consuetudinem ovium ostendat. Etenim cum boves poeta nominet εἰλίποδας ἕλικας, desideratur simile adjectivum, quo naturam ovium describat, ut haec inter se congruant. Deinde sane frigidum esset et supervacaneum, si ἀδινά sit numerosa, superaddere ἀεί, v. 90. οἵτε οἱ αἰεὶ μῆλ' ἀδινὰ σφάζουσι etc. At ut paucis absolvam, oves laetitia ovantes et exsultantes oppositae quodammodo sunt bobus pedes trahentibus.

Freudig hüpfende Schaafe und fussnachschleppende Rinder. Il. 2, 87. ἔθνεα μελισσάων ἀδινάων sunt igitur apum examina laetitia gestientium, freudig schwärmende Bienen. Il. 2, 465. μυιάων ἀδινάων ἔθνεα πολλά; non credo Homerum dixisse: viele Schwärme vieler Fliegen, sed potius: lustig schwärmender Fliegen. Accedit, ut loco utroque verni temporis, quo apes et muscae maxime laetitia gestientes circumvolant, fiat mentio, hic, ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ, illic, ἐπ ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν.

Od. 23, 326 Σειρῆνες ἀδιναί sunt Sirenes voluptuariae, ad voluptatem pellicentes, ceterum Sirenes a שִׁיר cantare nomen quin acceperint, non est dubium.

At quid est, quod saepissime *ἀδινόν* componatur cum *στεναχίζειν*, *κλαίειν*, *γοᾷν*, quod saepe legatur *ἀδινὸς γόος*?

An censeamus, hic quoque de voluptate et laetitia usurpari? Sane, tantum enim abest, ut hanc vocis vim hoc verborum nexu minus aptam et appositam esse confitear, ut ex illa verborum compositione mirum Homeri, utpote penitus naturam humanam perspectam habentis, ingenium egregie apparere contendam, atque ut dubitem, quin aliarum linguarum vox ulla sit, qua apte et recte illud adjectivum exprimatur. Vult enim poeta, esse in lacrymis et in lamentis dulce moeroris et aegritudinis levamen et singularem jucunditatem; quocirca saepe componit *γλυκερὸν γόον* et *ἵμερον ὦρσε γόοιο* et *κορέσασθαι γόου*, *κλαίουσα κορέσσατο*.

Praeterea haec notio ita videtur huic voci adjuncta esse, quandocunque copulatur cum verbis et nominibus moerorem significantibus, ut indicet, lacrymas et lamentationes non esse fictas et simulatas, sive quia mos jubeat, sive quia necessitas cogat flere et lacrymare, sed ex naturali pectoris desiderio atque impulsu provenire.

Qua voce vernacula reddam, dubito; forsitan nach des Herzens Lust und Verlangen, vel aus innerm heftigen Drange etc.; Thränen, Klagen süsser Wehmuth.

Si locos huc pertinentes inspicies, ejusmodi lacrymas et lamenta esse intelligenda reperies, quae pectus, ingenti animi affectu commotum, sua sponte fundit. Ut Od. 16, 215: *Ἀμφοτέροισι δὲ τοῖσιν ὑφ' ἵμερος ὦρτο γόοιο*, Telemacho et Ulyssi;

Κλαῖον δὲ λιγέως, ἀδινώτερον, ἤ τ' οἰωνοί,
οἷσί τε τέκνα
Ἀγρόται ἐξείλοντο, πάρος πετεεινὰ γενέσθαι.

Od. X. 413: *Ἀλλ' ἀδινὸν μυκώμεναι ἀμφιθέουσιν*

Μητέρας. —— Hic *ἀδινόν* propriam vim tenet, freudig brüllend, quod verba antecedentia magis etiam confirmant: *πᾶσαι ἅμα σκαίρουσιν ἐναντίαι. Ἀδινὸν κῆρ* Il. 16, 481. Od. 19, 516. credo idem significare, ac *φίλον κῆρ*, ab *ἁδεῖν ἁνδάνειν* placere, carum esse. Quemadmodum validum, firmum, quod Buttmanno placet, locis commemoratis conveniat, non intelligo, praesertim loco posteriori, quo Penelope queritur:

Πυκιναὶ δέ μοι ἀμφ' ἀδινὸν κῆρ
Ὀξεῖαι μελεδῶναι ὀδυρομένην ἐρέθουσιν. Melius conveniret molle, עָדִין, ut *ἀδινὸς ὕπνος*, *μαλακὸς ὕπνος.* Interdum satis multum, quae notio hujus vocis radici in multis linguis praeter reliquas notiones subjecta est, designat, quod non offendit. Sed satis de hac voce.

Ἄρχομαι, ἐπάρχομαι, κατάρχομαι, ἀπάρχομαι, ὑπάρχειν.

Ἄρχω ita fere definitur, ut sit: primus inter alios aliquid facio, vel inter alios primus sum; *ἄρχομαι* autem ut sit: primum aliquid facio, si id spectatur, quod antea illud non feci, quod nunc incipere dicor; inde *ἄρχειν* esse regere, quia, qui primus sit inter alios, rex, dominus merito nuncupetur. Recte id quidem interdum significare judicatur, nec tamen liquet, qui *ἄρχεσθαι* possit esse beherrscht werden. Quis enim nostrum dixerit: beerstet werden? neque magis, quod equidem scio, aliae linguae formulam dicendi tam duram admittunt. Quid porro, quod in eodem verbo cum praepositionibus juncto haec incipiendi vis non cernatur, licet interpretes, cum haec semel opinio in animis insedisset, quovis pacto verbis junctis vim eandem intrudere studuerint.

Quin etiam simplex verbum ita interdum usurpatur, ut minime possit esse incipere, nec ex notione incipiendi explicari.

Il. 15, 95: *θεοῖς δαιτὸς ἄρχειν.* Od. 14, 428:

Ὁ δ' ὠμοθετεῖτο συβώτης,

Πάντοθεν ἀρχόμενος μελέων ἐς πίονα δημόν.

Quare aliam quaeramus necesse est vim, ex qua reliquae ejusdem verbi potestates sint consecutae. Ac simillimum quidem verbo *ἄρχ|ειν* est Hebr. עָרַךְ; aliae linguae abjecerunt ע et tantummodo duas postremas consonantes tenuerunt, ut reg|ere, nostrum r i c h | e n, r e i h e n, nam r i c h | t e n est intens. verbi r i c h e n. Omnino hoc verbum tamlate per omnes linguas diffusum est, ut omnes rivulos sectari satietatem afferret. Id tamen ex linguarum comparatione efficitur, ut *ἄρχειν* proprie sit r i c h t e n, e i n e R i c h t u n g u n d S t e l l u n g g e b e n; deinde, in ordinem redigere, disponere, collocare. עָרַךְ enim est ordinare, disponere, atque usurpatur de lignis in ara exstruendis, de panibus sacris ordinandis, de mensa apparanda, de acie instruenda etc. Il. 14, 65: Achilles Patroclo: *Ἄρχε δὲ Μυρμιδόνεσσι φιλοπτολέμοισι μάχεσθαι!*

Aciem instrue Myrmidonum bellicosorum ad pugnandum! Ex hac vi collocandi manavit notio praeeundi, ducendi, quia qui aciem instruebant, reliquos olim praeire solebant et proelium inibant; *ἄρχων* igitur est, si eodem verbo uti velis, rex, qui alios regit, ideoque aliis prior et potior.

Qui rem instituit, is incipit, namque etiam verbum instituere incipiendi facultatem habere, notissimum. Perge, ut instituisti; negotium, historiam instituere et sic saepissime. Diversum igitur *ἄρχειν*, ducem, regem, primum inter alios esse, primo loco instituere a n s t e l l e n, atque *ἄρχεσθαι*, quod aut regi et gubernari, aut ad aliquid accingi, institui, s i c h a n s t e l l e n, a n g e s t e l l t w e r d e n, significat. Saepissime *ἄρχεσθαι* non simpliciter est incipere, sed rem apte compositeque instituere, ut non sit supervacaneum, quemadmodum multis locis est visum. Simi-

liter Hebr. עֲרַךְ מִלִּים, verba disponere, struere. His praemissis accedamus ad locos quosdam explanandos. Il. 15, 95:

Ἀλλὰ σύγ' ἄρχε θεοῖσι δόμοις ἔνι δαιτὸς ἐΐσης!

Instrue dapes, richte das Mahl zu, richte es an!

Od. 14, 427: *ὁ δ' ὠμοθετεῖτο συβώτης*

Πάντοθεν ἀρχόμενος μελέων ἐς πίονα δημόν, undique ex membris disponens super adipe pingui, richtete es zu, legte es in die gehörige Ordnung.

Od. 21, 141. Od. 21, 11: *Ὄρνυσθ' ἑξείης ἐπιδέξια πάντες ἑταῖροι,*

Ἀρξάμενοι τοῦ χώρου, ὅθεν τέ περ οἰνοχοεύει.

Voss. Dort von dem End' anfangend, woher umgehet der Weinschenk. Sed *χῶρος*, ut vidimus, est Kehrung, Wendung, a נ|כר kehr|en; *ἄρχεσθαι* collocari, disponi: stellet euch nach der Richtung, nach welcher der Weinschenk herumgeht.

Ἐπάρχεσθαι. *Ἐπάρχεσθαι*, saepissime: *Νώμησαν δ' ἄρα πᾶσιν ἐπαρξάμενοι δεπάεσσιν.*

Od. 18, 425: *Νώμησαν δ' ἄρα πᾶσιν ἐπίςαδον.*

Voss. Wandten von Neuem sich rechts, und vertheilten allen die Becher.

Schneiderus *ἐπάρξασθαι* dextrorsum se vertere. Minime, sed *ἐπάρχεσθαι* est se collocare apud aliquem, coram aliquo. Versus ergo saepissime repetitus ita est vertendus: Sie theilten allen mit, indem sie sich mit den Bechern vor sie hinstellten. Quid, quod Homerus ipse pro *ἐπαρξάμενοι* habet *ἐπίςαδον*, quo optime hoc verbum *ἐπάρχεσθαι* definitur et explicatur. Quantopere vero interpretes id contorserint, cum semel in notione haererent incipiendi, ut idoneam et accomodatam suis locis significationem excogitarent; non attinet pluribus ex-

Ἐπίςαδον. Ἐπάρχεσθαι.

ponere, propterea, quod Buttmannus Lexil. 1, 100. illos optime refutavit. Quod vero vir eruditissimus ipse hoc vocabulum in ritu sacro solenne fuisse contendit, eo parum videtur nodum expedire; nam quid in ritu sacro fuerit, non definite exponit, tantummodo adjicit, non de libatione haec verba intelligenda esse, quoniam plerumque sequatur σπένδειν, et quoniam non pocillatores, sed bibentes libare consueverint; denique Buttmannus ad incipiendi significationem se recipit atque initiandi, et proprie in initiando esse ἐπάρχεσθαι wegnehmen von einem Ganzen, einem Vorrathe, als Erstling, oder zum Zweck einer Weihe. Paulo inferius: Wenn man also den Begriff der Weihe schon im Sinne hat, so kann man ἄρχεσθαι in jeder Zusammensetzung ansehn, wie den einfachen Begriff wegnehmen, schöpfen. Mihi quidem haec nimis contorta et perplexa videntur, atque ad locos illos violente applicata; teneamus verbi primariam significationem, quae ex linguarum comparatione consequitur, ex qua omnes loci commode explicantur. In locis

Od. 3, 445, 446:

Χέρνιβά τ' οὐλοχύτας τε κατήρχετο, πολλὰ δ' Ἀθήνῃ
Εὔχετ' ἀπαρχόμενος etc. atque

Od. 14, 422: Ἀλλ' ὅγ' ἀπαρχόμενος, κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλεν,

κατάρχεσθαι et ἀπάρχεσθαι est zurichten, zubereiten, zurecht legen, zurecht machen, ut apud Hebraeos עָרַךְ de sacris instituendis.

Il. 22, 254: κάπρου ἀπὸ τρίχας ἀρξάμενος, zurecht machen, zurecht legen die Haare des Ebers.

Plat. Theaetet., §. 33: Ταῦτα, ὦ Θεόδωρε, τῷ ἑταίρῳ σου εἰς βοήθειαν προσηρξάμην κατ' ἐμὴν δύ- Προσάρχεσθαι.

ναμιν σμικρὰ ἀπὸ σμικρῶν, ich habe es zu deines Freundes Hülfe verfügt, apparavi in auxilium, disposui, accomodavi. Ἐπάρξασθαι etiam pro darreichen usurpari, mirum videri non debet; est enim haec vis omnium hujuscemodi verborum in aliis quoque linguis, ut regere, porrigere, reichen, darreichen; richten, die Hand nach einer Richtung ausstrecken, wohin richten.

Ὑπάρχειν. Ὑπάρχειν, duplex huic verbo est vis, alteram incipiendi, regendi, principatum tenendi cum reliquis generis sui verbis communicat; deinde significat: praesto esse, paratum, promptum esse; ex notione instituendi, dirigendi, richten, sich richten, einrichten etc. omnes hujus verbi peculiares facultates posse optime explanari, persuasum atque exploratum habeo, quod facerem, nisi id longum foret.

אָרַךְ, ἀρκεῖν. Sicuti autem עָרַךְ propinquum est verbo אָרַךְ; ita ἄρχειν et ἀρκεῖν se invicem contingunt. אָרַךְ longum esse, ἀρκεῖν lang genug, hinreichend seyn, reichen, zureichen; ita apud nos reichen porrigere, et reichen sufficere pronuntatione non differunt, unde et reich dives. Confundit Buttmannus ἀλκεῖν et ἀρκεῖν et ἀρήγειν, verba radicis diversissimae. אָרַךְ longum fuit, ergo ἀρκεῖν τινί τι et ἀπό τινός τι est: ab aliquo aliquid removere, longinquum facere, eigentlich, etwas von einem lang, weit machen, etwas entfernen, weit wegbringen, ut defendere ab aliquo, wegschlagen; deinde ἀρκεῖ μοι, es ist zureichend, hinreichend, es reicht, es langt. Similiter ἐπαρκεῖν entfernen, weit wegbringen, deinde darreichen. Ἄρκιος reichend, hinreichend, ποδάρκης langfüssig, oder einer, der lange Schritte macht. Ni fallor, ab אָרַךְ

Währen, abwehren. verbum nostrum währen, wehren ortum est, nam Suec. värja et Isl. veria plenam radicem illam exhi-

bent; postrema radicalis autem, ut saepe usu venit, obmutuit in aliis linguis. Mirum in modum inter se congruunt verbi hujusce et verbi ἀρκεῖν et אָרַךְ significationes. Währen i. e. dauern, lang seyn; uueren apud veteres Germ.; Suec. vara, Isl. vera; et wehren abwehren, entfernen, verwehren, welches ἀρκεῖν auch bedeutet; apud majores nostros weren, piuueren, giuueran prohibere; weren reinigen, von der Spreu reinigen, gewerren, wegtreiben; denique gewähren, ut ἐπαρκεῖν, geuueren, Notk. übergeben und wiedergeben, jure unius stirpis esse existimantur. Ἀλκεῖν onge alius est originis, nempe ab ἀλκ vel ἀλ', אִיל, val, wohl, d. i. stark, gesund seyn; Elk Angl. Elg Suec., Alce, Elenthier wegen der Stärke. Etiam ἀρήγειν alius stirpis esse videtur, forsitan ab אֲרוּכָה optime ducitur, quod est Verband, Heilung, inde nescio an ortum sit, arzen, mederi, כ mutato in ץ, quod non est insolens; alii ab arte arzen venisse existimant. Recte vero Buttmannus docuit, Lat. arcere plane diversum esse ab ἀρκεῖν, nam arcere melius cum ἔργω, εἴργειν et cum Hebr. עָצַר conspirat.

Gewähren. Ἀλκεῖν. Ἀρήγειν. Arceo.

Ἄλφειν, ἀλφαίνειν.

Ἄλφ radix, verbum Hebr. אָלַף, et sono et vi mirum quantum inter se consentiunt. אָלַף est lernen, sich gewöhnen. Piel lehren. Hiph. von אֶלֶף mille, est tausendfältig machen. Ἄλφειν finden, erfinden. 2) eintragen, vergrössern. אֶלֶף, quod bovem significat, videtur subjectum esse his verbis et de vi sua iis impertisse. אַלּוּף est gewöhnt, zahm gemacht, adsuetus labori, ut taurus labori assuescit, deinde אָלַף est discere, scilicet exercitatione et consuetudine.

Ἄλφειν est sine dubio labore assequi, lucrari. Item altera notio, quae in bove est, notio roboris in

haec verba manasse videtur, ut ἄλφειν sit vergrössern, vermehren. Aliarum quoque belluarum nominibus robore et magnitudine insignibus haec radix subest, ut ἔλεφ|ας, Lat. Eleph|as; Helph|ant, Olb|ande, Olb|end, Germ. ideo sic appellati videntur. Camelus indidem nomen cepit in linguis Germanicis antiquis. Ulphil. nominat Ulb|and; Anglosax. Olf|end; Tat. Olb|ent; apud alios Olbenthier, Olbentin, et in ling. Island. Ullf|old, Ulf|bold est camelus. Ὄλβ|ον indidem ortum esse, verisimile est, et nostrum helf|en, i. e. vergrössern, verstärken, veluti ἀλφαίνειν τινί τι einem zu etwas verhelfen, einem etwas verschaffen, quemadmodum Homerus verbo saepe utitur. אֶלֶף mille, proprie magnus numerus.

Ἀλφεσίβοιαι. Παρθένοι ἀλφεσίβοιαι forsitan sunt virgines mille bobus dignae, et ἄλφος, quod sine dubio substantivum vetus erat, significabat mille, nam formatum est hoc nomen adject. ἀλφεσίβοιαι, ut alia ejusmodi, e. g. τειχεσιπλήτης, a τεῖχος. Il. 18, 593, videtur omnino non de pulchritudine et praestantia puellarum, quam de pretioso earum vestitu hoc adjectivum esse intelligendum, nam de scuto Achilleo ibi agitur, in quo illae virgines apparent.

Ἄφενος. Hic praetermittere non possum vocem ἄφενος, quod veteres Grammatici stulte ab ἀφ' et ἑνός deducunt, ut sit unius anni copia. Buttmannus mavult esse ab ἄφθονος, quod vix est probabile, immo fluxit ex Hebraeo און, in quo vides easdem literas radicales Ἄφν, et nomen illud Hebr. opes et divitias significat. Si און ita legis, ut ו quiescat, אוֹן; vides, ὄν|ημι, hon|os et alia inde fluxisse; si tenes duas primas radicales, nam ו saepissime interiit in aliis linguis, habes אוֹ, radicem vocum plurium, op|is, op|um, nostri nominis Hauf, antique Huf; Dan. Hob; Angl. heap, happy, glücklich, reich, i. e. opulentus. Ὠν|έομαι indidem est, vel potius ab הוֹן, nam בְּלֹא הוֹן est gratis, sine mercede, sine pecunia. Similiter קָוָה zusam-

menhäufen, et copia et kaufen inter se sunt conjuncta, sed de his infra. Transeo ad aliud verbum, quod ex notione multitudinis et magnitudinis fluxit, ad verbum

Ἀπειλεῖν.

Buttmannus, at pace hujus viri de literis Graecis egregie meriti et humanitate conspicui dixerim, quem nunc ipsum vita excessisse audio et magnopere doleo; Buttmannus, inquam, et hunc secutus Passovius falso hoc verbum ab ἠπύω volunt repetere, quod Dorice est ἀπύω. Miror tamen, qui credere potuerint, verbi tam longi radicem esse ἠπ', quae et verbo ἔπω ex illorum sententia subjecta esset, et εἰλέω meram appendicem et exitum vocis esse, cum tamen verba Graeca ita vulgo non desinant; deinde neque in ἔπω, cui cognatum est ἠπύω, radix est ἐπ, sed potius π cum vocali, πῶ, φῶ, φημί, vates, for, quia placet arcessere a פֶּה, quod est os. Verum radix verbi ἀπειλεῖν est πειλ, Hebr. פֶּלֶא, quidquid in genere suo est multum, magnum, excellens; ejusdem originis est πολύ, et nostrum viel, quod apud Sax. infer. veele, apud Ulphilam filu. Ἀπειλεῖν arcessendum est ab Hiph. הַפְלִיא inf. i. e. magnum facere; quapropter secundum hanc etymologiam significat ἀπειλεῖν, gross machen, gross sprechen, laut reden. Haec quidem vis in capite erat ponenda, ex qua facile illustrantur potestates reliquae, quae sunt: drohen und geloben; etenim tum, qui minantur, tum qui vovent aliquid, verbis utuntur grandibus, immoderatis nimiumque pondus habentibus. Nostrum befehlen, quod unde repetant, in dubio sunt lin- Befehlen.
guae Germ. periti, haud scio, an indidem sit arcessendum. Goth. anafilha, Alemm. filahan, etc. proprie, si hanc radicem sectamur, erit: magnis et gravibus verbis alicui aliquid injungere; empfehlen, aliquid laudare, praestabile ostendere. Ὀφέλλειν, augere, am-

plificare, et ὠφελεῖν aliquem augere, alicui opem ferre, utilem esse, aeque ex hoc fonte manare, nemo negabit. Ab Hebraeo מָלֵא autem est Gr. μάλα, cum autem Graeci μ ante λ non commode possent pronuntiare, ut apparet ex μέμλοκα, quod in μέμβλωκα verterunt, orta sunt ex illa radice מָלֵא, πλέος, plenus, voll, quae vox per plurimas linguas dissipata est; Romani tamen retinuerunt etiam radicem immutatam Hebraeam in mul|tum et mil|le.

Ἀτέμβειν.

Rectius hic vidit Schneiderus, quam Buttmannus et Passovius, nam cognatum ille censet cum ςέμφειν; his autem placuit arcessere ab ἀτᾶν (ἄτη), cujus verbi radix est ἀτ; quis autem inde censeat ortum esse ἀτέμβειν? Ceterum ἀτέμβειν et ἀτᾶν plane diversam habent vim. Ἀτάω respondet verbo Hebr. חָטָא, quid autem
חֵטְא est חָטָא? Quod si linguarum comparationem sectamur, חָטָא, non potest esse ausgleiten, irren, vom Wege abirren; ad hanc definitionem, ut equidem puto, seduxit interpretes verbum ἁμαρτάνειν, cujus radix μαρτ respondet Hebr. מָרַד.

Antiquissima peccandi notio plerumque ex offendendo et laedendo exisse mihi videtur. Sic
Pecco. pecco, παίω, פָּגַע stossen cognata sunt, ex eadem notione formula, de qua multum alucinati sunt, profecta est: einen Bock machen, einen Verstoss machen, nam Bock est a פָּגַע stossen, to buck Angl. חָטָא igitur erit offendere passiva et activa vi; cognatum est sine dubio cado, lapsu offendo et caedo, stossen; simile et finitimum est schaden, שָׁדַד, σχέτλιος ἀσκηθής; sine noxa.

חֹטְאִי igitur, qui me offendit. Job. 5, 24. וְלֹא תֶחֱטָא neque offendes, neque cades, neque damnum contrahes, wirst keinen Schaden haben. חָטָא לְ non deflectere ab alicujus praeceptis, sed offendere

aliquem, in aliquem, quod ל videtur comprobare. Locus igitur Exod. 5, 16. facilis est explicatu. עֲבָדֶיךָ Exod. 5, 16.
מֻכִּים וְחָטָאת עַמֶּךָ servi tui percutiuntur et populus tuus offenditur, wird gestossen vel cadit, damnum fert. Hac ratione ל et עַל, quae cum hoc verbo copulantur, suo sunt loco, et vix possunt defendi, si verbo חָטָא vim deflectendi et aberrandi velis injungere. חִטֵּא damnum ferre, et damnum resarcire, den Schaden haben, den Schaden leiden, den Schaden tragen, entschädigen. Hiph. Jud. 20, 16. non est, aberrarunt a scopo, sed sie machten keinen Verstoss sie werden schon so dort genannt Schützen aufs Haar, sie waren links, und machten doch keinen Verstoss. Ἄτη igitur est Schade, noxa, ut noxa orta est a נֶגַע, Schlag, Stoss; νεικέω, νικάω, νύσσω, noceo, neco huc pertinent. Quid autem est verbo ἀτέμβειν cum verbo ἀτᾷν?

Namque ἀτέμβειν est ab אָטַם claudere, obstruere, verschliessen, verstopfen. Od. 2, 90:

Ἐξ οὗ ἀτέμβει θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν Ἀχαιῶν,
Πάντας μέν ῥ' ἔλπει, καὶ ὑπίσχεται ἀνδρὶ ἑκάστῳ.

Hic proci de Penelope conqueruntur, quod suos animos suspensos teneat; claudit, ajunt, animum nostrum, dubios nos reddit, quid faciamus, et cohibet voluntatem, sie dämpft unsern Willen und hält ihn zurück. Vides, quam parum in hunc locum quadret privare, nam non privavit procos animis, sed tantummodo animos claudebat, cohibebat, retinebat. Τινά τινος ἀτέμβειν est aliquem aliqua re intercludere, arcere. Il. 11, 704. Od. 9, 42. 549. 20, 294.

Μήτις ἀτεμβόμενος κίοι ἴσης, ne quis rata parte intercludatur, damit keiner ausgeschlossen werde von dem ihm zukommenden Theile, keiner zu kurz komme, damit es keinem

gebreche, damit er nicht entbehre. Vide Adel. brechen, פָּרַק, frag, fregi, frango, פָּרַק abreissen, trennen.

Gebrechen

Il. 23, 995. Ἄμφω γὰρ ἀτέμβονται νεότητος, ambo a juventute sunt seclusi, es gebricht beiden, sie entbehren beide der Jugend. Sic ἀτεμβόμενός γε σιδήρου, Il, 23, 834. ermangelnd des Eisens, entbehrend des Eisens. Ex his exemplis liquet, numquam ἀτέμβειν esse privare, nam privari iis tantummodo dici possumus, quae possidemus; in illis autem locis res secus sese habet. Quod Apollon. ἀτέμβειν τινί usurpat pro μέμφεσθαι, non debet offendere; videtur ibi esse dämpfen, os alicui obstruere. Hesych. interpretatur etiam ὀδυνᾶσθαι, quae vis inest in dämpfen, premere. Hesych. pro eo etiam τέμβεσθαι habet, unde intelligimus, verbi אָטַם duas extremas consonantes in aliis linguis mansisse. Τέμβεσθαι, Hesych.; δέμειν, δαμᾶν, dämmen, dämpfen, domare, zähmen, tamjan Ulph. Hujus radicis vis primaria videtur fuisse dämmen, struere; Damm, strues; ergo δέμειν struem facere, unde et δόμος, domus; deinde significabat, terra aggesta fluminis vim domare, et denique hominem compescere, opprimere, suffocare et delere, zähmen, dämpfen, i. e. opprimere, interdum interficere. Vid. Adelung.

Cum אָטַם cognata sunt חָתַם, חָטַם, סָתַם et עָצַם, similem enim habent potestatem; Graeca verba στέμβειν, στέμφειν, στομοῦν, στόμφος, στόμφειν, στοιβή, στοιβάζειν, στείβειν et alia hujuscemodi et apud nos stämmen, stämpeln, stopfen, stapfen, stampfen, u. s. w. ex hoc uno fonte manasse, certum est. Ἐπιστέφεσθαι κρητῆρας autem ποτοῖο, non est, ut recte docuit Buttmannus, bekränzen, licet Virgilius dicat: vina coronant; sed est implere, vollgiessen; nam ab Hebraeo שָׁפַךְ reichlich

Ἐπιστέφεσθαι.

strömen, sich ergiessen, descendisse, credibile est.

Ἀσθμαίνειν indidem est; cui enim spiritus est clausus, obstructus; is *ἀσθμαίνει*, ut nos in sermone vulgi: er hat den Dampf. Pariter alia claudendi verba per plures linguas similia sibi manserunt. סָגַר (clausit) *ἐχυρ|ὸς*, *ὀχυρ|ὸς*, Lat. secur|us, ser|a, obser|are, nost. sicher, apud Sax. inf. seker, Suec. säker. Sicher. כָּלָא *κλείω*, claudo, celo, close, schliessen. כְּלוּב *κλωβὸς*, *κλουβὸς*, *κλοβός*, Kluppe, Kloben etc.

Ἀτύζω

a Buttmanno pariter ad *ἀτᾶν* refertur, verum radix est *τύζ*, duz, verduzt; stuz, stutzen; Sueci stutsa; Kero, stozzon pro timere. חָתַת fregit, perturbavit, bene convenit cum *ἀτύζειν*. דָּמַם *θαμβέω*, *Θαμβεῖν*. stumm, dumm seyn vor Schreck. תָּהָה *θήπω*, stupeo, stupidus, taub vor Schreck, betäubt, auch dieses Wort hat im Altdeutschen den Nebenbegriff dumm, wie stupidus.

Ἀτάσθαλος, ἀτασθάλλειν

veteres grammatici ab *ἄταις θάλλειν*; Buttm. a simplici *ἄτη*. Equidem vereor, ne *ἀτ* hujus vocis radix sit et *ἀσθαλος* nihil, nisi vocis exitus. Videtur hoc vocabulum junctum esse ex voce *ἄτη* et *ἀτάλλειν*. *Ἀτάσθαλος* proprie esse deberet *ἀτάταλος*, forsitan metri causa, et quia a *θάλλειν* profecta vox videbatur, in *ἀτάσθαλος* transiit pro *ἀτάςαλος*. Cum *ἀτάλλειν* sit ludere; *ἀτασθάλλειν* est mit Schaden, Verderben spielen, schadenfroh seyn, freveln. Sed opus est, ut hoc eluceat, paullo pluribus disserere de verbo

Ἀτάλλειν.

Lexicographi hoc verbum vertunt ernähren, füttern, aufziehen, pflegen; neutr. wachsen,

deinde kindisch thun, hüpfen. Verum contendo, hoc verbum nihil aliud esse, quam ludere, et falso tributam illi esse vim nutriendi et adolescendi. Perperam commutarunt cum ἀτιτάλλειν; hoc sane significat nutrire; etenim hujus verbi radix est τιτ, τίτθη, τιθή, τιθήνη, τιτθὸς, τιτθίζω, τιτθεύω; Hebr. דד; Teat. Angl.; apud Germ. septentr. Titte, nos Zitze; Ulphil. daddjan, säugen, inde Ziege; verum ab עֵז est αἴξ, et nostr. Gais. Altera pars verbi ἀτιτάλλειν est ab עיל Milch geben, עֹלֵל pullus, πῶλος, Fohlen, Füllen. עיל Milch, m accessit, ut in ἀλέω, mahlen, Ejusdem stirpis sunt: ἀλδαίνω, ἄλδω, ἀλδήσκω, quorum radix ἄλω, Lat. alo, oleo, adolescens; Hebr. עֶלֶם; apud nos alt, propr. erwachsen; old. Angl. etc. Verum nunc ostendam, ἀτάλλειν, quod commiscuere lexicographi cum ἀτιτάλλειν, nihil esse, nisi ludere. Hebr. הָתַל est illudere aliquem, huddle Angl. Per aphaeres. lit. ה inde ortum est dahlen, דִּלֵּג exsultare.

Sed perlustremus locos a lexicographis laudatos. Il. 13, 27: Ἄταλλέ τε κήτε' ὑπ' αὐτῷ Πάντοθεν ἐκ κευθμῶν, de cetis circa Neptunum ludentibus. Hom. epigr. 4, 2. meam sententiam non refutat, quoniam illud epigr. tam obscurum est, ut a nemine intelligatur; deinde, quod serioris est aetatis, qua jam falsa de quarundam vocum vi opinio fixa in animis erat. Ceterum legendum censeo ἄταλλον ludebam adhuc.

Hesiod. op. 130:

Ἀλλ' ἑκατὸν μὲν παῖς ἔτεα παρὰ μητέρι κεδνῇ
Ἐτρέφετ' ἀτάλλων, μέγα νήπιος, ᾧ ἐνὶ οἴκῳ.

Ἐτρέφετ' ἀτάλλων non est nutriebatur adolescens, dum adolescit, sed ἀτάλλων μέγα νήπιος est ludens valde pueriliter.

Soph. Ajax 559. Τέως δὲ κούφοις πνεύμασι βόσκου, νέαν ψυχὴν ἀτάλλων μητρὶ τῇδε χαρμονήν.

Ajax filio parvulo: hucusque levibus auris vescebare, animam juvenilem nutriens. Verum credo animam nutrire pro adolescere omnino et crescere non apte dici. Erit potius juvenili ludens animo, *χαρμονὴν μητρί*, absol. gaudio, ut sit gaudio matri.

Il. 6, 400. *Παῖδ' ἐπὶ κόλπον ἔχουσ' ἀταλάφρονα, νήπιον αὔτως*, puerum, qui hilarem, ludentem habebat animum.

Il. 18, 467. *ἀταλὰ φρονέοντες*, lustig gesinnt, Spiel im Sinne.

Hom. Hym. 400. *Ἀγροὺς ἐξίκοντο καὶ αὔλιον ὑψιμέλαθρον,*
Ὅππου οἱ τὰ χρήματ' ἀτάλλετο νυκτὸς ἐν ὥρῃ.

Vulgo: Ad agros autem pervenere et stabulum altum,
Ubi utique opes augebantur tempore noctis.

Fatuum mihi hoc et frigidum videtur. Sie kamen nun an den Ort, wo ihm das Vieh in der Nacht wuchs. Wie würde es klingen, wenn wir vielleicht von einer Reiterschwadron, welche ihre Pferde des Nachts in einem Dorfe unterbrächte, sagen wollten: die Pferde sind ihnen diese Nacht in dem Dorfe N. N. gewachsen. At redeo ad primam vim verbi *ἀτάλλειν*, quae, ut dixi, est ludere, eludere, et ita hoc loco usurpatum existimo, ut Romani eludere aliquem aliquid dicere solent. Quare sententia verborum erit: pervenerunt ad altum stabulum, ubi Mercurius elusit Apollinem pecora, wo er ihn um die Rinder betrog Mercurius enim armenta abacta noctu illis locis tenebat clausa, atque Apollini quaerenti verba dederat atque eum eluserat. Cum in voce *ἀτάσθαλος* tetigerimus verbum

Θάλλειν,

pauca de ejus significatione proferam. Proprie non est florere, sed, quod nos dicimus, spriessen, emporschiessen. *Δάκρυ θαλερόν*, eine hervor-

quellende Thräne; *θαλερὴ φωνή*, eine hervorbrechende Stimme. Videtur hoc verbum et alia finitima a fonte scatente esse repetenda. Ita apud nos spriessen und spritzen ejusdem sunt stirpis. דָּלַף videtur aquae e fonte profluentis vel prorumpentis sonum imitari. Sunt quaedam in Graecis vocabula, quibus haec radix cum notione sua subjecta est. *Δελφ|ίν* piscium genus, qui aquas ejaculantur; *δέλφ|αξ* sus, quia terram fodiendo ejicit. Indidem est *δελφὺς*, *δελφύα*, uterus, unde *ἀδελφοί*, uterini. Forsitan et *Δελφοί*, oraculum, nomen inde traxerunt ob vapores erumpentes e terra. Transiit ejusdem verbi vis ad hauriendum atque effodiendum. Inde Angl. delph; Batav. delphen, terram effodere, exhaurire; indidem *τέλμα* et *τέλμις*, locus, unde terra est ejecta ad aquas colligendas et limus ejectus ipse. Licet haec de verbo *θάλλειν* sufficiant, tamen non erit inutile, radicem illam ulterius paullo persequi et surculos ejus nonnullos in aliis linguis considerare. דָּלָה, schöpfen, cognatum cum antecedente, unde
Ἀντλέω. ortum est *τλέω*, *ἀντλέω*, antlo. Proverb. 26,7. דַּלְיוּ
Prov. 26,7. שֹׁקַיִם מִפִּסֵּחַ, cum Vulgata placet vertere: quomodo pulchras tibias claudus frustra habet, pulcras, *θαλλούσας*, florentes. דְּלִי Schöpfkrug, Schlauch. דָּלִיּוֹת, *θάλοι*, Zweige. דָּלַל item est exhaurire, ejicere. דַּלּוּ עֵינַי oculi mei emittunt lacrymas. פָּרַץ נַחַל מֵעִם־גָּר דַּלּוּ מֵאֱנוֹשׁ נָעוּ, prorumpit torrens ex terra, *χώρα*, exhauritur, ubi nemo habitat, sie versiegen da, wo niemand wohnt, Steppenflüsse. דַּל exhaustus, humilis;
Τάλας. graece *τάλας*, *ταλάω*, *τλάω*; tuli, tolero; dulden;
Τέλλειν. thulan Ulph.; tola Suec. נָטַל et *τέλλειν*, tollere ex eodem fonte fluxerunt. *Τέλλειν* est igitur haurire, proferre, deinde exhaurire, finire, perficere, *τελεῖν*. Pind. *ὁδὸν τέλλειν*, finire viam, proprie exhaurire. Id. Olymp. 2, 126. *γένος Εὐφάμου φυτευθὲν λοιπὸν αἰεὶ τέλλετο*, sprosste, schoss stets neu hervor, trieb immer neue Sprossen. Pind. Pyth.

4, 457. τέλλεται καὶ πιςὸν ὅρκιον, fidum jusjurandum profertur. Sic apud eundem: εἰς χάριν τέλλεται, profertur in gratiam; Ἥλιος τέλλει. Ex eodem fonte est τελεῖν, τέλος; apud Anglosax. Tell, Zil, quod nomen traxit ab altitudine, ab efferendo, tollendo; סֶלַע enim Fels, Säule, ςήλη, steil, Suec. stel; τέλος igitur, ἄκρον, letzte, äusserste Spitze; οἱ ἐν τέλει, summi, proceres. סָלַל, סָלָא, סָלָה erheben, erhöhen, sunt finitima; Gr. ςέλλειν. A סָלַל est Söller, Erhöhung; סֻלָּם scala. A tollendo venit notio pendendi, ponderandi, quod סָלָא et סָלָה significant, inde salarium, Sold, Soldat, sollen, Angl. J shall, bin schuldig, ut a תָּלָה τάλαντον. Τελεῖν. Τέλος. Sold, sollen etc.

סֶלָה in Psalmis frequentissimum, si hanc radicem tenemus, scilicet סָלָה tollere, suspendere, ςέλλειν, stellen, unde stillen, zum Stehen bringen, still stehen, silere; esset Stille, Stillstehen, aut Stelle, Zeile, status, locus. A notione pensitandi profecta est vis numerandi, quod est inter alia τελεῖν, zählen, zollen; Angl. tell; Anglosax. tellan. Zoll, apud Sax. infer. Toll, Angl. Toll, Lat. telonium, τέλος idem est, τὰ τέλη enim die Abgaben. Zählen apud majores nostros significat etiam sagen, plaudern, schwatzen, Angl. to tell, to talk. vid. Adel. Lex., quod non a nomine Zahl repetendum est, sed a primo fonte illorum verborum; nam cum radix דל, vel τελ significaret, efferre, ejicere; hoc transiit ad sermonem, qui emittitur ore et quodammodo ejicitur, quare τέλλειν, ἐπιτέλλειν apud Graecos est dicere. Neque vero ita rem se habere statuerem, nisi me eadem verborum affinium ratio eo perduxisset; nam פָּרַח est hervorsprossen, hervorbrechen, blühen; βρύω ortum a פָּרַח, βρύω, βλύω, überströmen, dann hervorsprossen, hervorkeimen, blühen; βρύω autem mutatum est in βλύω, βλύζω, aufquellen, aufsprudeln, inde nostrum blühen; βλύω ver- סֶלָה in Psalm. inscript. Zählen, numerare. Erzählen. פָּרַח.

sum est quoque in *φλυω*, Lat. fluo, etenim *φλύω* significat überfliessen, deinde schwatzen, prahlen, sive potius effundere verba; inde profecta sunt fluchen, flehen, fleo. Sic effutire ab effundere. Cum פֶּרַח videtur cognatum בָּרַךְ, brechen, hervorbrechen lassen, precari, sprechen, *βρύχω*. בֶּרֶךְ das Knie, von brechen, quia flectitur, בֵּרֵךְ segnen und verfluchen, ut precari. At בֵּרֵךְ
בֵּרֵךְ ex בְּרַךְ velle interpretari, abhorret a veritate. Sed quae hic obiter tetigi, forsitan, si accuratius considerabantur, aliquantum luminis nonnullis vocibus afferent.

Ἀ λ α ζ ώ ν.

Volunt, hoc nomen ab *ἀλάομαι* proficisci, minime! namque *ἀλάομαι* est a הוּל versari, ut *ἀλύω* ab הָלַל, irre seyn, wahnsinnig seyn; at radix vocis *ἀλαζών* est sine dubio *ἀλαζ*, neque *ἀλαζών* est erro, ein Herumstreicher, sed jactator, grandiloquus, et dubito, num jactatio prae ceteris erronum sit propria. Conferamus linguas alias, primum Hebr., in qua facile invenimus radicem, quam quaerimus. Verba עָלַז, עָלַס, עָלַץ significant: gaudio exsultare, gaudio triumphare, frohlocken, auch im übeln Sinne; videtur radix vera et immutabilis esse, ליץ, לוּץ, verspotten, übermüthig freveln; ejusdem stirpis sunt, lud|ere, et laet|ari, lux|us, lasc|ivus. Vis genuina et prima videtur fuisse, strepitum facere,
Job. 39, 13. klatschen. Ut Job. 39, 13. כְּנַף־רְנָנִים נֶעֱלָסָה, der schlagende, klatschende Flügel des Strausses. Ilias. *ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι*, schallend mit
Gellen, hallen, schallen. den Flügeln, (*γαλλ* gellen, schallen). Ni fallor, לְחוּשׁ lingua, propinqua his verbis est vox; ut enim a quovi scorporis humani membro silva quasi verborum orta est, ita etiam a לָשׁוֹן, *γλῶσσα* permulta verba provenere; לָשׁוֹן autem videtur ipsa nomen duxisse a strepitu, quem facit. Affinia sunt *κλάζειν* klatschen, *κλαγγή* Klang, *κέκλαγγα*, klang, klin-

gen, klatschen i. e. schwatzen, λεσχ|άζω, λέσχ|ω, λέσχη, Ort zum Klatschen. Forsitan לִשְׁכָּה simile aliquid significat, atque λέσχη, nempe einen Ort zum Sprechen im guten Sinn; nam porticus templorum et curiarum λέσχαι vocabantur. Ab eadem origine arcessendum est: λάσκ|ω, λάκε δ'ἀσπίς, es klatschte, tönte der Schild; verum latius patet Graec. λακεῖν, nam de quolibet sono videtur fuisse in usu; fluxere inde loqui, λέγειν, lügen; לַעַג, lahhan, lachen aus vollem Halse, loggen antiq. pro deridere, suntindidem; a יָלַע est gelben, Germ. ant. i. e. lügen, gelf, fraus, χλευ|άζω, χλευ|ή, Scherz, Spott, Hohn, a לָעָה est λαλεῖν, lallen, a λαβρὸς, λαβρεύσθαι, labbern. Sic aliud verbum loquendi dispersum per multas linguas, פָּתָה πείθω, peto, bete, bitte, βάζω, suadeo, schwatze, βάσκω, wasche. Vid. Adel. At non ex re nostra est, aggerare vocabula inter se similia, nisi ex iis aliquid redundet utilitatis ad interpretatoinem. Id me probasse satis arbitror, ἀλαζόνα esse proprie ein Zungenheld, ein übermüthiger Grossprahler und Frohlocker, atque ἀλαζονεύεσθαι et alucinari unum idemque esse. לִשְׁכָּה

Ἀλείτω, ἀλίτω, ἀλιτραίνω, ἀλιτήριος etc. Et haec verba ducunt plerique ab ἀλάομαι, quod vix est ferendum; aliis placuit a λιταί arcessere; neutrum videtur probabile. Hemsterh. vult λίσσεσθαι esse a λισσός, λεῖος, sich im Flehn glatt, geschmeidig machen, quae quidem etymologia vix videtur tanto viro digna. Melius fuisset repetere a λιάζεσθαι, לוּז, quod est beugen, biegen, unde λοξός, luxari, verdrehen; Lezzi Verkehrte; lithon. Ulph. vorübergehen; latus Seite, Lez Seite; Lid, membrum, articulus, quia vertitur, vertebra. Λίσσεσθαι non erit igitur sich glatt machen, sed sich krumm machen, supplicare, sich beugen. Similiter עִיט in Gr. ἵπτεσθαι, עָיֵה in ἰπόω, ἰπή, ἐνιπή, πτομαι Ἀλέιτω. Λίσσεσθαι. Λιαζεσθαι. Ἴπτω, ἴ-

transiit, premere aliquem, krümmen, bedrücken, *ἐνιπή* igitur minime ab *ἔπω*. Facile esset *ἀλείτειν* derivare ab illo verbo לוז, quod est luxari, deflectere, ut fere idem sit, atque *ἁμαρτάνειν*. Veruntamen mihi aliud et quidem majus et atrocius peccatum videtur, quam quod in notione deflectendi, delinquendi et aberrandi sit positum. Quapropter ab Hebr. ליץ, unde nostr. läst|ern, Last|er et alia, quae omitto pluribus persequi, originem duxerunt, malim repetere. לֵץ enim, ut ait Gesen., der Spötter, Mensch von schnödem, alles verspottendem Uebermuthe, insbesondere schnöder Verächter der Religion und Sittlichkeit, hochmüthiger Frevler. ץ saepe transversum esse in ת et alias dentales, notissimum, לוט cujus supra mentionem feci, Chald. maledicere, *λοιδ|ορεῖν* verlästern. Hanc definitionem ad locos nonnullos adhibeamus. Il. 24, 157: Iris Priamo Deorum jussu imperat, ut funus Hectoris redemtum eat, neve timeat ab Achille:

Οὔτε γάρ, inquit, *ἔς' ἄφρων, οὔτ' ἄσκοπος, οὔτ' ἀλιτήμων*. Nec insanus, nec inconsideratus, nec contemtor est aequi, er ist kein übermüthiger Frevler oder Spötter.

Od. 5, 182: *Ἦ δὴ ἀλιτρός γ' ἐσσὶ, καὶ οὐκ ἀποφώλια εἰδώς*, Calypso Ulyssi, qui diffisus ejus pollicitis eam ad jusjurandum adigit, ne sibi aliud malum struat, ironice magis: Du bist fürwahr ein Spötter, und redest nicht *ἀποφώλια*, ab *ὀφείλω*, wie es sich ziemt, wie du sollst.

Ἀποφώλια.

Il. 24. 586: *Διός τ' ἀλίτηται ἐφετμάς*, cavebant, ne Achilles Priamum conspecto filii funere lacrymantem occideret et praecepta Jovis deluderet, damit er nicht freventlich handle gegen Zeus Gebot, es nicht verachte und verspotte.

Il. 23, 595. Antilochus Menelao: dabo tibi equum alium, et quidquid me postulaveris, aut in

sempiternum volo excidere ex memoria tua et *δαίμοσιν εἶναι ἀλιτρός* und ein Frevler sein gegen die Götter, für einen Frevler gelten.

Il. 18, 265. Agamemnon Achilli: *ἐμοὶ θεοὶ ἄλγεα δοῖεν*

Πολλὰ μάλ', ὅσσα διδοῦσιν, ὅτις σφ' ἀλίτηται ὀμόσσας,

qui eos eludit jurando, der gegen sie frevelt durch Eidschwur.

Hes. op. 328: *ὅςτε τευ ἀφραδίῃς ἀλιτραίνεται ὄρφανα τέκνα,*

qui alicujus liberis orbis cum temeritate (temere, stulte) illudit.

Odyss. 4, 807. Somnus consolatur Penelopen, de filio absente atque, ut bono sit animo, hortatur.

ἐπεί ῥ' ἔτι νόςιμός ἐςι

Σὸς παῖς· οὐ μὲν γάρ τι θεοῖς ἀλιτήμενός ἐςιν.

Dein Sohn wird zurückkehren, denn er ist kein Frevler, kein Lästerer gegen die Götter.

Od. 16, 317. Optime hic locus sententiam meam videtur probare. Telemachus patrem cohortatur, ut cognoscat mulieres,

Αἵτε σ' ἀτιμάζουσι, καὶ αἳ νηλιτεῖς εἰσιν,

ut cognoscas, quae te contemnunt, et quae te non eludunt, non irrident, welche dich verachten und welche dich nicht verspotten, welche nicht gegen dich freveln. *Ἀτιμάζειν* et *νηλιτεῖς εἰσιν* sibi sunt opposita et contraria.

Ἐπιτηδὲς, ἐπιτήδειος.

Vix dici potest, quantum Lexicographi et grammatici in origine harum vocum indaganda perdiderint operae. Aliis placuit ab *ἡδύς*, aliis a *τείνω*, aliis ab *ἅδην* repetere. Buttmannus, cui facile in hujuscemodi studio primas defero, in hac voce valde errasse

mihi videtur, quippe qui velit ortam a praepos. ἐπι et a pron. τάδε. Ingeniosior haec est conjectura, quam verior; durum enim est et plane inusitatum in aliis quoque linguis, quod equidem sciam, nova fingi nomina ex praepositione et pronomine juncta. Quis enim credat, latine posse dici: adhaecceus et Germanice: zudiessig vel zudassig? Quid, quod hanc vim frustra in illa voce quaeris? Radix autem est *ΙΤΔ* ἰτηδ et purus atque evidens vocis fons in lingua Hebr. exstat, nam עָתַד est paratum, promptum esse: Piel bereiten, bestellen; Hithp. bereitet, bestimmt sein. עָתִיד paratus, bereit, kundig.

עֲתִידוֹת, quae parata sunt, Deuter. 32, 35. deinde τὰ ὑπάρχοντα, melius τὰ ἐπιτήδεια. Neque quemquam credo infitiaturum, nomen adject. idoneum indidem emanasse. Quod si longius hujusce vocis originem repetimus, pervenimus ad ejus exordium, ad
עֵת ἔτος. nomen Hebr. עֵת, Gr. ἔτ|ος, quod in universum tem-
Aet|as. pus olim significabat. Lat. aet|as, vet|us bejahrt; nostr. Zit, Zeit, quod majores nostri pro Zeit, Stunde, Tag, Alter etc. usurpabant; עִתִּי praesens, opportunus, עַתָּה ἤδη, itzt, yet, Angl. jet, atque עַד aeternitas, eodem pertinent; עַד tamen ἔτι et ad bis, עוֹד oft, αὖθ|ις, it|erum, wid|er αὐτ|ός, it|em, id|em non cum hac radice debent confundi, neque ἐτός i. e. wahr, quod ab עוּד testari, עֵד testis;
Autor. at echt, Eid, autor, autumo cognata cum his judico.

Facile igitur est intellectu, ἐπιτηδές esse in tempus εἰς καιρόν, ἐπὶ καιροῦ, ἐν καιρῷ, opportune, tempestive, zur rechten, gelegenen Zeit.

Il. α, 142: Ἐς ἐρέτας ἐπιτηδὲς ἀγείρομεν, ἐς δ' ἑκατόμβην

Βείομεν!

Hoc loco est in tempore, vel quod latine est commodum, nunc ipsum, ut sint promti, damit sie in Bereitschaft sind.

Od. 15, 28: *Μνηςήρων σ' ἐπιτηδὲς ἀριςῆες λοχόωσιν.*

Procum principes tibi insidiantur, parati ad tempus opportunum, intenti in occasionem.

Ἐπιτήδειος erit idoneus, quod proxime ab עִדָּן tempus descendit, ergo tempestivus, paratus in tempus, opportunus etc. *Ἐπικαίριος* prorsus valet idem. Quia semel mentionem fecimus nominis *καιρός*, non alienum erit ejus originem ostendere. Idoneus.

Καιρός.

Hanc vocem qui ducunt a *κάρη* vel *καρῆαρ* et *κάρα*, errant, haec videntur cognata cum קָרֵחַ; at *καιρός* est a קָרָא, קָרָה, quod est occurrere, vel potius comprehendere, se offerre; ex quo consequitur, ut *καιρός* sit, quod se nobis offert opportune, quod nobis contingit, nos assequitur, ein günstiges Begegniss, *καιρὸς χρόνου*, die schickliche Zeit, *καιροί* Ereignisse, Begegnisse. Opportunitas optime congruit cum nomine *καιρός*, non enim a portu, qui cum porta, *πόρος*, *περᾶν*, cum per etc. ejusdem stirpis est, sed a portando nomen traxit; opportunitas ergo res, quae se nobis offert; item fors, fortuna a ferendo, ut *συμφέρεσθαι* evenire; occasio autem ab occidendo, proprie was uns entgegen fällt, was vorfällt.

Παραχρῆμα, *παρὰ τὸ χρῆμα*, so wie uns etwas begegnet, ergreift sogleich. Sed incido hic in verbum *χράω*, quod cum aliis, quae similiter pronuntiantur, ita commixtum est a lexicographis, ut vix possit distingui et separari: omnino diversorum verborum diversae potestates, cum ab uno capite haec verba repetere placeret, ita conturbatae et tenebris obvolutae sunt, ut consueta via auxilium illis posse afferri desperem. Initium faciamus a voce

Χ ϱ ά ω I.

Duplex verbum est, ejusdem quidem pronuntiationis, diversae radicis; primum natum est e radice קָרַע, krauen, גָּרַד kratzen, rado, χϱίζω, כָּרַת χαϱάττειν; cum χϱάω proxime sunt conjuncta: χϱαύω, χϱαίνω, χϱίω; unde autem χϱαίνω, χϱίζω, χϱίω et Hebr. קָרַע vim hauserit illinendi, ex more antiquissimo, ut demonstravi in verbo זָכַר, notas et signa faciendi facile intelligitur. Mirum est, quod verbum hoc kratzen, ritzen per plurimas linguas est divulgatum.

Χϱάω II. Verbum alterum, quod latet in χϱάω, plane diversum a priore mihi videtur, et quod ad radicem et quod ad vim attinet, licet ejusdem sit pronuntiationis; significat enim invadere vel potius corripere, comprehendere et profectum est ab Hebr. קָרָה, קָרָא, quae verba, quamquam vulgo occurrere vertuntur, tamen proprie sunt comprehendere; ut פַּחַת קְרָאַנִי Schreken ergreift mich; Graecum verbum ἀ|γϱεῖν, et nostr. krigen, quod et apud Bat. usitatum; kreien Thüring. i. e. bekommen, haschen, ergreifen inde orta arbitror. Cognatum est גֵּרָה, guerre, Krieg; War, Ἄϱ|ης, (diversa sunt ἀ|γεϱ|εῖν Heer, gre, grex, gre|go). Alterum verbum Hebr. ejusdem, ut videtur, stirpis, quod comprehendere significat, est קָרַב, quod et greifen, angreifen im Kriege, ideo קְרָב Angriff, Krieg, Graece ἀ|γϱεύ|ειν, γϱιπ|εύειν; כְּרוּב, γϱυψ, Greif, animal fabulosum; greifen, greipan, Ulph., criffan, Kero; griphen, Willeram; gripen ap. Sax. inf.; Suec. gripa; Angl. to gripe etc. אֶגְרוֹף Faust, von zugreifen, Faust, von fassen. Apparet satis ex his, χϱάειν esse ergreifen, fassen. Ut Il. 21, 369.: σὸς υἱὸς ἐμὸν ῥόον ἔχϱαε κήδειν, invasit in meos fluctus, hat meine Fluthen erfasst, gekriegt, um sie zu beängstigen. Od. 21, 69. τόδε δῶμα ἐχϱάετ', ἐσθίεμεν καὶ πίνεμεν, ihr habt das Haus

ergriffen, angefallen, um etc. *Τίς τοι κακὸς ἔχραε δαίμων*; welcher böse Geist hat dich erfasst? Od. 10, 64. Alia verba capiendi vim habentia in pluribus linguis similia inter se. צָדָה, צוּד *ζητεῖν*, דָּהַר, *θῆραν*, *θήρ* Thier. נקשׁ, קָשַׁשׁ, catch, hasch, cassis (Netz). פַּח *παγίς*, baga etc.

Χράομαι.

Medium esse verbi secundi *χράειν II.*, ex simili utriusque verbi potestate elucet. *Χρῆσθαι* igitur est krigen, bekommen für sich, in seine Gewalt, erhalten. *Φρεσὶ γὰρ κέχρητ' ἀγαθῇσιν*, hat einen guten Verstand erhalten; *ὀργῇ, θυμῷ χρῆσθαι*, vel passive, correptus erat, er war ergriffen von Zorn, vel potius ut nos, er krigte die Wuth, er hatte Zorn. *Εὐτυχίᾳ χρῆσθαι*, er bekam Glück, er hatte Glück; *ἀμαθίᾳ χρῆσθαι* er hatte, besass Unwissenheit. *Χρῆσθαί τινι πρός τι*, Etwas nehmen zu einer Sache, haben, gebrauchen; *χρῆσθαί τινι ὡς ἀνδρὶ ψεύστῃ* einen nehmen, wie einen Lügner, als einen Lügner. *Κέχρημαι* bedürfen, verlangen, liegt in dem Begriffe des Greifens, Haschens, Strebens nach etwas; idem est *χρήζειν*. Difficile autem est, paucis omnes hujus verbi *χρῆσθαι* significationes illustrare et explicare; at mihi persuasum est, ex notione comprehendendi, accipiendi, et habendi omnes illas posse commodissime explanari atque inter se conciliari. Similiter *χρή*, *κίχρημι*, *χρεία*, *χρεώ*, *χρέος*, et alia lucem habebunt ex illa vi primaria et nativa comprehendendi; sed omitto nunc, quoniam prope infinitum est, omnia subtiliter et diligenter persequi. Restat autem verbum, quod cum prioribus commiscuere interpretes, ac cujus potestatem cum prioribus ut conjungerent, misere sunt luctati.

Χράω, ich gebe ein Orakel, ich verkündige.

Toto coelo, ut ita dicam, hoc verbum ab antecedentibus est diversum, est enim ab Hebr. קָרָא, quod est rufen, laut schreien. Ἔχρησεν ὁ θεός, der Gott liess sich hören, rief laut; χρᾶσθαι θεῷ, ut קָרָא בְּ de idolis invocandis, einen anrufen; χρᾶσθαι μαντείῳ, das Orakel anrufen. Hujus quidem radicis, vix dici potest, quot sint in aliis linguis propagines. Κράζειν krächzen, κόραξ, Krähe; antique, Chraio, Chra; Angl. Crow, cornix. Forsitan ex eo potest colligi, cur sacer fuerit corvus Apollini. Kray Geschrei, ant. κραυγή; krahen, Ottfr.; Tat. craan, für schreien ehemals überhaupt; Fr. crier; Angl. cry. כָּרָז, κηρύσσειν, kreischen; Γαρύειν, γηρύειν, charen, antiq. germ.; chären Thüring. garrire, garrulus. At non interest mea, plura ejusdem stirpis afferre, quia haec omnibus sufficient.

Κῆρες.

Deae atrocissimae, quae infrendentes dentibus albis, torvo vultu, sanguine pollutae, bellatores sequuntur; quae trahunt moribundos et mortuos per proeliorum campos, atque infixis corpori unguibus, sanguinem ex vulneribus sugunt, simillimae Deabus Germanicis, quae Wallkühren vocabantur, nomen sine dubio duxerunt ab Hebr. verbo קָרַע zerreissen, zerfleischen, aut a גָּרַע ziehen, zerren, quocum congruit גָּרַר zerren, serr|are, zersägen.

Wall-kühren.

Ἀνοπαῖα. Odyss. I, 320.

Ἀθήνη, ὄρνις δ' ὡς ἀνόπαια διέπτατο. Vertunt ungesehen, ut sit ab ὄψομαι, ὀπταίνω; alii ἀν' ὀπαῖα, durch den Rauchfang; alii credunt, esse volucrem aut aquilae genus, aut hirundinem; alii ab

ἄνω. Errant omnes, quod etymologiam spectat; radix enim est ὀπ, Hebr. עוּף, fliegen; unde av|is, Avis. ἵπ|ταμαι; indidem nostr. heb|en; Ulph. hafjan; Ἵπταμαι. Kero, heffan; Ottfr. heffen, huob imperf.; cognat. hüpf|en, auf, ἐπί etc. ἵπταμαι igitur proprie sich erheben; πέτομαι cognat. cum πετάννυμι die Flügel ausbreiten, schweben. Ἀνοπαῖα igitur est sich erhebend, sich in die Höhe schwingend, aufwärts. Ejusdem radicis est αἰπύς hoch.

Ἐν νυκτὸς ἀμολγῷ.

Notum est, ab ἀμέλγειν velle plerosque repetere nomen ἀμολγόν; quod verbum, quamquam vetustissimum, et late propagatum per multas alias linguas; (nam מָלַק significat motum mulgentis et mulcentis; ἀμέλγειν mulcere, mulgere, melken, to milk, etc. vid. Adel.) nomini tamen ἀμολγῷ subjicere velle hanc radicem absurdum videtur, quod satis in Lexil. Buttm. demonstravit. Modus tamen, quo vir ille eruditissimus eruere studet nominis vim atque originem, non placet. Ex comparatione linguarum sequitur, ut ἐν νυκτὸς ἀμολγῷ sit in dem Schweigen, in der lautlosen Nacht. מָלַל est loqui, מִלָּה Wort, μέλος, μελίζω, singen; fuit fortasse etiam in lingua Graeca verbum μελίω, unde ἀμολγός pro ἀμολιός, Lat. mulgo, promulgare. Mahl vox vetust. pro Schall, Stimme, Ton; malen, melen, molen vet. Germ. schallen. Suec. mäla sprechen, Isl. maela, maelga. Ἐν νυκτός ἀμολγῷ non est igitur in dem Theile der Nacht, wo gemolken wird, sondern, wo kein Laut gehört wird; quae vocabuli definitio vulgari longe videtur praeferenda:

de oratione interdum usurpatur; Schneiderus credit, tum ab *ἰσχνός* trocken, mager esse ducendum, quod si ita se haberet, vitium scribendi quodammodo esset, ut nos dicimus: trocken, mager, dürftig. Rectius Passovius ab *ἴσχω*, *ἰσχάνω*; etenim prorsus idem est, ac nostrum bündig. Illud *ἰσχνός*, unde repetit Sohneiderus *ἰσχνῶς*, est ortum ab אֵשׁ, אָזַא *ἄζω* etc.; hoc, quod est bündig, ab חָזַק, in quo vides radicem verbi *ἴσχειν*, *ἰσχ.* Quod si Schneiderus omnes verbi חָזַק significationes scivisset, verbum *ἰσχανᾶν* in duo diversa verba numquam dissecuisset; non enim zurückhalten und streben nach etwas, quam duplicem et diversam vim hoc verbum habet, inter se conciliare potuit, quod multo melius Passovius, quem omnino in multis cautum et circumspectum atque ab inveteratis erroribus liberum saepius reperi; nam hic ita; *ἰσχανῶν*, hindern, halten. 2) Auf etwas halten, sich an etwas halten. חָזַק, quae radix, ut ostendimus, in his verbis inest, est fest halten, quae vis verbi in initio et capite est ponenda, si optime ad eam reliquas ejus potestates volumus referre; deinde etiam est, halten auf etwas, fest auf etwas halten, anhangen, auch zurückhalten. Paucis ut absolvam, per verbum חזק bene explicari possunt verba *ἴσχω*, *ἰσχανάω*, *ἰσχυρὸς*, *ἔσχον* et quae ejusdem sunt generis plura. Sed de Graecis satis est.

